





VII
FONTIVS
IN PERSIUM
124
INCUNABULI
L
6
28
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
FLORENTIA
1477











BARTHOLOMEI FONTII PROOEMIVM IN PERSIVM POETAM AD LAVRENTIVM MEDICEM.

QVANq̃ Laurenti poetae õnes, uel ad benedicendum, uel ad honeſte uiuendum plurimum conferunt: ii tamen in primis legẽdi ſunt: qui non ſolum iocunda auribus: ſed utilia quoq; animis excolẽdis emoneant. Nam cum p ſe poetica delectatio mollis ſit: niſi grauioribus rebus fulcta ad uitam recte degendam ꝓſit: eos profecto diligere colereq; debemus: a quibus ad uirtutem uehementius inflãmemur. Siquis enim adhuc rudis uatibus ocioſis ĩcumbat: ipſe quoq; eorum conſimilis ad mollitudinem quandam traducitur. Eum uero: qui grauẽ uirilemq; lectionem ꝓſequitur, uitae ꝓbitas honeſtas ĩtegritas comitatur. Quare cum tenerae mẽtes nequid turpe ĩſenectutem reſideat, honeſtiſſima quaeq; doceri debeant: eum mihi uatẽm ĩterpretandum putaui: qui uitae mortaliũ auctoritate doctrina conſilio nõ deeſſet. Verũm enimuero ſiquis ex omni numero poetarum: qui hoc ſancte, integreq; prae




ſtaret legend9 eſſet: quē Perſio praeferrem9 nō haberem9. Nā & magna ī utiliſſimis rebus: quas perſuadere nititur, probandi uis: & res ipſae electae atque excultae: & bene traſlata & coherentia rebus uerba: & figurarꝝ ſentētiarumque non parua copia paſſim in eius erudito uolumine reperitur. Hūc igitur cum & morū ſanctitate refulgeat: & lectorē ad bene uiuendum inſtituat: quāto conquiſitius potui explanaui. Qua quidem ī re ſi diuerſe a doctis quib9dā uiris hac noſtra aetate poetas interpretantibus, uberiore copia uſus uidebor: iuſtis de cauſis id feci. Vt enim Lyſippus, quam q̄ artificium maius erat in uultu & capite: quam ī Alexandri humeris et fingendis: non minus tamen in his: quam in capite laborauit: ſic ego in omnibus, uel mediocribus locis elaboraui. Deinde cum diſcētium copia magna ſit: eruditorum uero mira paucitas: ſatius fore duxi, pluribus cōſulendū q̄ paucioribus obſequēdum. Nam ut habentur latores legū: qui populo uniuerſo proſpexerint, chariores: ita ſcriptores rerꝝ, qui plurimis prouiderīt: gratiores. Poſtremo utriſque ꝓſpiciēdo tali tēperamēto (ni fallimur)

usi sumus: ut & discentes plurima/quae liben
ter accipiant: & docti pleraq; inueniant: quae
legant non sine aliqua uoluptate. Neq; uero
consilium fuit eo℞ nomina: unde aliquid sum
pserim occultare: cum quod ingrati pusilli q;
est animi eos tegere: a quib9 ad multa℞ re℞ sci
entiam informetur: tum quod nouo scriptori
maior fides & auctoritas quaeritur/si magno℞
atque optimo℞ auctorum testimonio nititur.
Quibus equidem probatissimis/ rationibusq;
certissimis fretus/ Si comuni discentium utili
tate commotus/a quorundam iterdum oppini
one dissensero: ueniam mihi dari ab illis postu
lo: Non enim inuidia dissensione que animo
rum: sed contrarietate opinionum sententiam
meam apposui: Qua in re quanq̄ uereor/ ne
cui forsitan satis sit ad opiniones contrarias con
pbādas: quod afferuntur ab iis/qui satis aucto
ritatis adepti sunt: tamen si ea remota res om
nis cum rebus lectores conferēt: congnoscent
non omnia condonanda esse opinioni. Caete℞
hoc unico artificioso uolumine exponendo licet
plus multo fuerit oneris/q̄ honoris: quod glori
a nunquam par interpretem atque auctorem cō
sequitur: quia tamen non spe laudis: sed ut ti

bi gratificarer iterpretādū accessi: satis si tibi fecero nō paruā laude me cōsecutū putabo. Nā cū tu hereditario iure & rei. p. nostrae decus/ & litteratorꝝ ōniū praesidiū certū sis: me tibi uiro laudatissimo placuisse/ nō ultima laus uidebit. In tua uero liberalissima/ beneficentissimaque natura cum iam pridem spem omnem posueri: ut re potiusq̄ uerbis animum tibi meum significem: hos ad te cōmentarios Persianos meae in te fidei atq; obseruantiae testes micto. Mox (ut spero) fauente te: qui ut potes/ita etiam cupis adiuuare q̄ plurimos: & admaiora animū excitabo: & /cum primū facultas dabitur/ ampliori te munere cumulabo.

PERSII VITA

P Ersium aggressuro inprimis necessariū uisum est/ eius uitam ac satyram breui oratione percurrere. Aulus Persius Flaccus patre Flacco/matre Fuluia olympiade ducentesima tertia imperāte Tiberio uolaterris: ut Eusebius: ut ipse de se scribit/Lunae potius nat9 est. Mediocri autem statura: insigni forma: probatis moribus: ingenio & doctrina praestā

ti fuit. Prima adolescẽtia patre mortuo. Q. Remnium Palemonẽ grãmaticum, uicẽtinum audiuit. Mox rhetoricae sub Virginio flauo incubuit. Inde se ad Cornutũ philosophum cõferens, familiariter secum ad interitum usq; uixit. Anno uero aetatis nono ac uigesimo regnante Nerone interiit, unum hunc satyrarum relinquẽs librum: in quo uerae laudis plurimũ meruit. Satyra uero carminis genus uariis rebus refertum est: quod fere idem, quod comaedia uetus est. Nam cum in compitis ociosi diebus festis operarentur antiqui, incultum ac rude carmen priscam comaediam iuenere: in qua primum bonos laudare: post etiam malos nominatim carpere assuerunt. Sed cum i dies maiore in scribendo licentia uterentur: cautum ẽ lege: nequis eiusmodi carmen describeret. Ex quo ueteri sublata, noua comaedia emanauit, aetatis cuiusq; mores & personaꝶ affectus cõtinens. Sed ad comaediae ueteris formam paulatim satyra haec irrepsit: inqua sine ulla proprii cuiusq̃ nominis mentione uitia hominum notarentur. Priscum uero satyrae genus tam latini quam graeci excoluerunt: sed haec noua satyra tota latinorum est: in qua lucilius maximam

a iii

Lucilius qui satiras scripserit

primus laudem obtinuit. Satyram autem quã uis a ſatyra lege multis aliis conferta legibus, uno q̃ rogatu multa & uaria cõplectente. Vel a ſatyra cibi genere diuerſis rebus condito. Vel a lance ſatyra: quae multis generibus primitiarum referta ſacris adhibebatur, quidam appellatam exiſtiment: meliores tamen auctores a ſilueſtribus ſatyris in uetere fabula iſtitutis nominauere. Verum, his breuiter de poetae uita ac ſatyra enarratis, explanationem ipſam aggrediamur.

BARTHOLOMEI FONTII IN PERSIVM POETAM EXPLANATIO INCIPIT

n Ec fonte labra prolui caballino. Quo maiore animi libertate alios deinde corrigeret, se ipsum in primis corripit: quod festinanter nimium poeta ꝓdierit. Nō sine causa uero suum opus metro iābico ichoauit. Eiusmodi enī carmen incitatū ac uehemens reprehēsioni plurimum cōuenit. Eius inuentor Archilocus ex sex iābis primū instituit. Sed paulatim in cūctis sedibus secunda & quarta exceptis, spondeum recepit. In prima tamen sede quādoq; anapestum pro spondeo: & in secūda tribacum ꝓ iambo ea ratione Persius posuit: quod iambus cum tribaco: anapestus cum spōdeo in tempore conuenit. ¶ Fonte caballino. Non se Hesiodi more poetam effectum dicit: qui pegaseis aquis epotis, e pastore poeta euasit. Pegasꝰ uero caballus e Medusae gorgonis sanguine a Perseo intereptae ꝓsiliit: i heliconem q; trāsuolauit: atque ubi primū ungula terram pcussit, hippocrene fons scaturiuit. ¶ In bicipiti

Carmē iambic reprensioni conuenit

pegasus Caba e Medusae sanguine ꝓsiliit

hippocrene fon

parnaso. Nec se quidem hoc i mōte sōniasse al
ludēs ad Enniū scribit: qui sōniās Homeri in se
aiam penetrasse, repente uates apparuit. Par
nasum uero quāq̄ Seruius i thessalia: Tortelli
us arretinus inaonia boetiae parte ponūt: Hero
doto tamen & Pōponio mela, Straboneque ac
Plinio & aliis praeterea testib9 phocidi regioni
adscribitur. Quē in duo iuga discindi: cithero
nem Liberi, & heliconē Apollinis, idem Serui
us scribit. Tantum auctorē Tortellius subse
cutus ꝓpter heliconem & citheronem: uel cer
te ꝓpter cyrrhā & nysam, parnasum bicipitē uo
cat. Contra tamen eorūde locoꝝ situs, & anti
quoꝝ auctoritas reperitur. Parnasus eīm i pho
cide regione: citheron atque helicō i boetia mō
tes disiuncti sunt: ita ut helicon procul a parna
so circiter quīdecī passuū milia: citheron uero tri
ginta locat9. Cyrrhā quoq; ac nysam urbes i par
nasi iugis fuisse ueteꝝ nemo scribit. Cyrrha enī
sub cirphin rupē parnasi i radicib9 mōtis iplani
tie mare uersus locata ē. Nysa uero nō ī parna
so sed i faelici arabia sita ē. In qua cū Bacchus nu
trit9 esset, ieius memoriā ipse postea al'ā īindia
cōdidit. Apud Homeꝝ quoq; secundo iliados li
bro nysam iboetia urbē esse: apud Pliniū icaria:
apud strabonē uicū ihelicone: apud Ptolemaeū i
ionia ac lycia urbem lego: nusq̄ uero i parnaso es

ſe cõperio . Quare cũ neque helicon/nec citherõ iuga parnaſi/ſed mõtes ab illo ſeiũcti ſint:neq; cyrrha neq; nyſa iiugis parnaſi locatae ſit: bicipitẽ rectius ad montis naturã/ſitũq; referemus. Nã/ut Strabo uolumine nono refert:ab auſtrali parte cirphi praeruptã rupẽ cũ ꝓfũda ualle/p quã plurimus ãnis euoluitur/parnaſus habet. Aqua ſane diuiſione biceps cognominatur. Hic Macrobio teſte baccho & appollini ſacer ẽ. atq; ut Diodorus aſſerit idẽ liber pater & phaebus ẽ. Heliconiadas. Helicon :ut ſolinus & plinius quarto refert :mõs ẽ boetiae iuxta thebas. Atque ut ſtrabo inono meminit: phocidi uicinus ẽ nõ ꝓcul a parnaſo:eique aemulus & altitudine & circuitu. Qui & ipſe Appollini quoque ſacer & muſis ẽ. Vnde heliconiades muſae ſũt appellatae. Lucretius. Adde heliconiadũ comiteſ:quoꝝ unuſ homeruſ. Pallidam que pirenẽ. Vallẽ i ter duoſ parnaſi colleſ pirenem Tortelliuſ eſſe ſcribit Sed auctore Plinio libro quarto acrocorithi fõs eſt: & ut Straboniſ octauo uolumine ſcriptũ ẽ haud affluentes aquaſ habet:ſed potui ſuaueſ atque perſpicuas Quare pallidã nõ ad aquae ſed poetarum colorem aſſiduo ſtudio pallentium Tortellius refert. Sed melius hunc pallorem

cyrrha et Nysa urbes

Helicõ secundum solinũ et Pli-

Musae Heliconiades

vallis pirnes

Pireni attribuemus. Quae cum ex Neptũno Cenchreum, Lecheum q; peperisset: de quorum nominibus corinthiaci sinus termini, u c9 que ac portus denominãtur. Cenchreum prima iuuenta extictum adeo fleuit: ut i hunc fõtem sui nominis uerteretur. Vnde eã pallidam appellauit. ¶ Quorum imagines lambunt hederae sequaces. Cum hedera baccho sacrata sit iure illa poetae coronabantur: qui in tutela liberi patris sũt. Imaginibus quoq; uatũ coronae hederaceae ponebantur. Iuuenalis. Vt dign9 uenias hederis & imagine macra. Sequaces autem dicendo ad earũ naturam respexit. Cum enim dictae sint: uel quod haereant: uel quod edita semper petãt: uel quia siquibus adhaeserint, edant: iure illas sequaces cognominauit. Brachia enim ramosa, maxime que robusta cũ habeant, quod semel ceperint, tenaciter prosequuntur. Libero uero patri sacratae sunt: quia sicut ille hominum mẽtes: ita hederae omnia illigant, quib9 haerent. ¶ Semipaganus. In translatione uerbo℞ manet. Nã cũ in caballino fõte se dixerit labra nõ immersisse: fõs uero a graecis pigi dicat: ũde pag9 & pagan9 deducit: nũc semipaganũ se noiat: ut qui se nõ pe

hedera poetarum coronantur

unde hedere dicte sint

Semipaganus greci

nitus in hippocrene ,pluerit : sed eius aquam summo tenus ore attigerit : ac propterea non dum poeticis sacris imbutus sit. ſ Ad sacra uatum. Vel ad scripta & numerorum poetarum. Vel ad aedem Apollinis & musarum. in qua omniũ scriptorum uolumina seruabantur. Horatius.
Scripta palatinus quaecunque recepit appello
ſ Quis expediuit psitaco suum chaere. Per psitacos picas coruos/humana uerba fame edoctos/ostendit urgente necessitate multos spe lucri cõpulsos tãq̃ poetas bonos carmĩa scribere. Psitacus uero quaedam uerba quae accipit ita dearticulata uoce pronuntiat : ut sibi peculiaria uideantur. Ob quam pronumtiadi facilitatem suum chaere tanq̃ sibi fere naturale dixit. Vt apud Martialẽ. Hoc didici per me dicere caesar aue. Chaere autẽ salue atq; aue significat
ſ Coruos quis olim cõcauum salutare? Quis olim docuit coruos concaue ac rauca intra fauces uoce salutem hominibus dicere. Plures quidẽ Augusti tempore salutare eum corui edocti fuit Sed omniũ celeberrimus fuit/qui Tiberio prĩcipe singulis diebus mane inrostra uolitãs/ primo Tiberium : deinde Germanicum & Drusum caesares : mox alios e populo transeuntes nomi/

Psitacus

chaere

natim salutabat. Vnde postea salutatoris cognomen coruus obtinuit. Martialis. Corue salutator cur tu fellator haberis. ¶ Quod si dolosi. Illos redarguit/ qui spe lucri adducti ineptissima carmina aedere non uerentur. ¶ Dolosi nummi. Denominatio est cum ab eo quod fit/ id quod facit denominatur. Dolosos enim appellat nummos/ per quos innumeri doli fiūt Vt cum pigrum frigus/ quia pigra reddit corpora/ nuncupamus. ¶ Et poetridas picas. A poeta poetria & poetris deriuatur. Picae uero pieri & Anippes nouē filiae/ ausae cum musis de cantu ac uoce contendere: nymphis iudicibus superatae: cum illis conuiciarentur/ in picas a nymphis conuersae sunt. In quibns ut ait Ouidius facundia prisca remansit: rauca que garrulitas/ studium que inane loquēdi. ¶ Per pegaseum melos. ualde pegaseum: idest poeticum persuauem & dulcē cātum. Melos autē sicut & sophos genere neutro ideclinabiliter ponitur

poetris a poeta pieri noue filie a nymphis ...

pegaseum .i. poeticū

PRIMA SATYRA

O curas hoīum o quantum ē ī reb9 inane. Hac satyra scriptores lenocinio uerboꝝ

plausum popularē captātes : & auditores lecto resque scripta lasciua & mollia magisq̄ uirilia conprobantes reprehendit/ non sine quadā nero nis nota: quem scaenae studiosū fuisse constat. ❡ O curas hominum . Cum Persius cuidam uelle satyram scribere se dixisset : ille superflu am eius curam/ omnib9 que ingratam deridēs: eum interrogat : quis tam seuera & grauia scrip ta leget . Quidā poetae initium hoc attribuūt consultati superfluas hominum curas inanes q; cogitationes se omnino uelle reprehendere . ❡ Min tu istud ais ? Respōdet Persi9 cur se ita ite rroget cū utilissima scribere ordiatur. ❡ Nemo hercule . Affirmatio respōdētis ē : si talia scrip serit/ neminē scripta sua lecturū esse. ❡ Nemo Admiratur poeta cur ille dicat a nemine hanc satyrā lectum iri . Verū contractiore fronte nō sine admiratione pronuntianda dictio / nemo : est . ❡ Vel duo uel nemo turpe & miserabile . Respondentis asseueratio : uel duos / quod tur pe est : uel neminem/ quod miserabile / hoc car men lecturos esse . Quod sane ignominiosum scribenti est . ❡ Quare ? Interrogat quam ob causam a nemine uel a paucis legi / turpe ac mi serabile fore putet . ❡ Ne mihi polydamas .

Continuat Persius ab aduersario quaerēs: an ob hoc ignominiosum existimet: ne sibi a romanis labeo praeferat. Polydamas & troades. Ex Homero assumptum est: qui secūdo & uigesimo iliados libro hectorem/ si se achillis metu intra muros receperit/ uerentē inducit: ne a Polydamante/troianisq; redarguatur. Quod & Aristoteles in ethicis de fortitudine scribēs: & Cicero ad Atticum assumpserūt. Labeonē. Tortellius ꝓ tragaedia de polydamāte a Labeone conscripta legit. Quidam homeri iliada ab Accio labeone cōuersam dicunt. De qua paulo post. Non est hic ilias acci ebria ueratro. Et circiter Satyrae finē. Nulla tibi uendo iliade. Non nulli. M. antistium labeonem uirum praetorium iurisq; peritum intelligunt: qui pristinae libertatis memor multa ī augustū & dixit & fecit. Ob quae insanus est habit9. Horati9 primo sermonum. Labeone īsanior inter sanos dicatur. Sensus autem talis est. Censes ne forsan ob id triste/ miserabileq; futuꝝ: ne romani me labeone demētiorē existiment: si audebo satyrā scribere ī malosq; iuehi et rei. p. occupatores: ut labeo fecit? Nugae

Quidam respondentis hoc esse uolunt: insequentesque uersus eidem per interrogationẽ attribuunt: quod interroget psium a iudicio populi num discedat? & num redarguere eũ audeat? & num caeteroꝝ more ab omnibus laudari nõ quaerat? cũ praesertim nemo romae sit: qui non itidem faciat. Doctiores tamen cum superiori uersu cõtinuantes poetae tribuũt. Nugas enim si labeonem sibi romani praetulerit esse putat. Verũ asseueranter non sine risu distorto paululũ ore legendum est. ¶ Non siquid turbida roma eleuet accedas Cum corrupto populus romanus iudicio sit: si aliquem extulerit & laudarit, populari iudicio nõ accedas. Nõ enim quia laudetur a uulgo aliquis scriptor ꝓbandus est. ¶ Examẽq; improbum ĩ illa castiges trutina. Falsum illud populare iudiciũ corrige. Examẽ enĩ hoc ĩ loco iudicii ĩuestigatio atq; examinatio ẽ ab exaĩe filo tractũ quo põdera in trutina perpedũtur. De quo Virg. li9. Iuppiter ipse duas aequato examine lãces Sustinet. Trutina uero idẽ quod statera ẽ. Victruuius libro ũdecimo. id aũt ex trutinis: quae staterae dicũt, licet cõsiderare

Examẽ
Trutina

A qua & trutinari deducitur ✠ ut Atque expor recto trutinantur uerba labello ☙ Nec te qu aeſieris extra ✠ Nec te extrinſecus & ex alie⸗ no iudicio aeſtimes ☙ Nam romae eſt quis ? Apoſiopiſis figura eſt : in qua quid taceatur incertum eſt : aut longiori ſermone explicā⸗ dum ✠ Nā uel iudicio recto : uel qui non ma le uiuat : uel qui non ſe extra quaerat : uel ei uſmodi aliquid ſubiungendum eſt ☙ Non ✠ Hoc per ſe ſeparatim legitur ✠ Reſpōdentis enim indignatio non ſine acrimonia frontis eſt admirantis ſimul & ſtomachātis a Perſio dici : neminem recto iudicio romae eſſe ✠ Quod ſi ſuperiora a contradicēte ꝓlata ꝑ in terrogationem ſumpſerimus : hanc negatio nem poetae dabimus⸗rospendēti ſe extrinſe cus nolle quaerere ✠ ☙ Ac ſi fas dicere ✠ Vtcun q; ſuperiora legātur⸗ reſpōdentis haec aduer ſarii uerba ſunt ✠ Derugata enim fronte per inde iquit o perſi dicis corrupto iudicio om⸗ nis eſſe maleq; uiuentes⸗ac ſi ita loqui licitū ſit ✠ ☙ Sed fas ✠ Reſpondet poeta fas eſſe ita ſentire ac loqui ✠ ☙ Tunc cum ad canitiem ✠ Cum de prauatam corruptamq; uitā etiam in ſenioribus uideat : ſatyrā ſe ſcribere uelle

significat. Nostrū istud uiuere triste. Figura locutionis est: cum infinito uerbo pro appellatione sit usus. Nostram enim uitam intelligi uult. Ac nucibus facimus quaecunq; relictis. Et cum aspicio quēadmodum uiri facti in puerilia uitia labimur: atque a sceleribus non cessamus. Catamiti autem pueri: quibus licenter abutebatur antiquitas/a turpi obsequio recedentes/pueritiae ludum nuces spargebāt Quo se puerilia cuncta spernere demonstrabāt Catullus. Da nuces pueris iners concubine: satis diu lusisti nucibus: lubet Iam seruire talassio. Cū sapimus patruos. Adolescentibus corrigendis seueriores patrui/ quam patres sūt Parentes enim idulgētiores i liberos natura facit. Ob hoc patruis educādi pueri tradebātur: quoniam & seuere eos corriperēt: & propter sanguinis propinquitatem amore etiam non carerent. Horatius Metuētes patruae uerbera linguae. Tunc tūc ignoscite. Si satyram scripsero subaudiendum ē. Nolo. quid faciā? Dubitatio est. Ambigit enim utrum de duobus potius eligat: an scribat satyram/an omittat. Sed sum petulanti splene cachinno. Statuit tandem satyram scribere: cum nō pos

b i

Figura locutionis qd sit

puer Catamitus

Parentes i liberos idulgētiores natura facit

Nota

sit uanitates & ineptias hominum non ridere.
Est autem hoc gestu quodam liberali, cũ iac-
tatione utriusq; manus & cum decora capitis a
gitatione ꝓnuntiandũ: quo melius deliberãtis
affectio exprimatur. Splen uero graece, latine
lyenis & lyen dicitur. Et ut Cornelius celsus
de medicina uolumine quarto refert: sinistra in
parte locatus est, intestino inexus: natura mol
lis & rarus: longitudinis, crassitudinisq; modi
cae. Eius uero magnitudo: ut Plinius undeci
mo libro scribit: risum & intemperãtiam ioci
facit. Iure igitur satyram descripturus se esse
dicit splene petulanti cachĩno: idest splene qui
risu luxuriet & abundet. Cachĩnus. n. effusi
or risus ẽ, reprehensioni que admixtus. ¶ Scri
bimus inclusi. Hactenus tanquam operis pro
positio & describẽdae satyrae deliberatio quae
dam fuit. Nunc uero narrationem ingreditur:
primũ inuehens in scriptores sua opera publice
recitantes, & plausum popularem aucupantes.
Verum quo magis reprehẽdere eos possit, in eo
rũ numero se reponit. Inclusi autem dixit: uel
quod secretis ĩ locis a strepitu ac turba remotis
scribitur. Vel ut eos reprehẽdat: qui, ut diligẽ
tius atq; accuratius scriberẽ putarentur, secreti

ora loca quaerebant . De quibus Horatius . Secreta petit loca : balnea uitat . Numeros ille . Carmina certis numeris / pedibusq; finita. Pede liber . Prosaicam oratione intelligit: quae licet numeros/ cocent⁹q; suos & ipsa habeat : non tame pedibus iisdem quibus lex carminis circuscribitur . Grade aliquid/ quod pulmo animae praelargus anhelet . Ostendit ampullosum aliquid / turgidu que describere : quod postea magna cum anhelatione pnuntiet . Pulmo aute : ut Celsus in quarto scribit : spogiosus / ideoque spiritus capax est : & a tergo spinae iunctus in duas fibras ungulae bubulae modo diuiditur . Sed eo cum respiremus : quod & spongiosus & fistulis inanibus cauus est: iure eum praelargum animae : idest spiritus capacem atque abundantem appellat . Scilicet hic populo pexus . Qui aliquid mollius / turgidius que conscripserit cum bene comptus atque ornat⁹ molliter ac lasciue scripta sua pnuntiabit : uidebis nedum uulgares ac uiles homines: sed uiros etiam militares ac nobiles/ tanta libidine affici : ut ea gestu & uoce significet . Natalitia sardonyce . Qua dieb⁹ natalibus uterentur . Fuit enim i magna quonda

Pulmo ut Celsu

sādonix gēmm

aestimatione Polyoratis sami tyranni anulo maxime celebrata. Qui circiter ducentesimū atq; trigesimū annum romanae urbis est interfectus. Apud romanos autē superior africanus primum sardonyce usus fertur. Haec sola prope gemmarū caeram in signo nō aufert: & ob hoc initio in anulis placuit. Coloris est in candido caerulei cum quadam spetie purpurae/ita ut transire i minium uideatur. In india uero & arabia & armenia nascitur. Sed deterior armeniaca. Haec & sardonycus dicitur. Iuuenalis. Gēmaq; princeps sardonycus. ¶ Albus. Pauid⁹ Horatius i sermonibus. Pinguem uitiis/album que neq; ostrea Nec scaur⁹ aut potest peregrina iuuare lagois. Hic autem & uitiis & recitationis metu pauebat. ¶ Liquido cum plasmate. Ad fauces molliēdas/uocem que suauiter emittendam non nulli guttur emplastro colluebāt: quod plasma a platto graeco uerbo quod fingo/cōpono que significat: appellabāt Ex pluribus enī liquidioribus rebus cōmixtis uocemq; adiuuantibus miscebatur. Quam sane ꝓnuntiationem his uerbis Quitilia⁹ libro primo i stitutionū redarguit. Sit autem in primis lectio uirilis & cum suauitate quadam gra

Nota quint
liani uerba

uis : & non quidem prosae similis : quia carmē est : & se poetae canere testantur : nō tamen in canticum dissoluta : nec plasmate (ut nunc a plerisq; fit) effoeminata. ¶ Guttur mobile Ad gestum ꝓnūtiantis mobile rettulit. Nunc enim in dextram / nūc in sinistram partem guttur inflectitur : modo etiam pro rerum / de quibus loquimur diuersitate atq; natura / uel deprimitur / uel attollitur. ¶ Patranti fractus ocello. Hic multa oris suauitate / magnaq; gestus lasciuia & uenerea oculorum motatione uersus ꝓnuntians / ipso quoq; molliori obtutu ad libidinem auditores quodāmodo excitabat. Qui uero uenerem pagunt / oculis contremiscunt. Iuuenalis. Oculos q; infine trementes. Cum autem eiusmodi rem perficiunt : id patrare latini dicunt. Patratum enim Plutarcho auctore in ꝓblematibus / finitum quiddam ac determinatū significat. Vnde & patres patratos dici putant : quod ad patrandum / hoc est ad peragendum iuramentum : ubi de foederibus conuenerat : mitterētur. ¶ Trepidare. Tremulo gestu & plausu lasciuiam demōstrare : cum tali ꝓnūtiatione ac gestu & obtutu facile ad libidinē mouerentur. ¶ Titos. Titorum praenomen

patrar

Tituli milites | ut festus ait : a titulis ortum est. Tituli uero milites appellati sunt : quod fortiter patriam tutarentur. ❡ Cum carmina lumbum intrant. Cum eiusmodi recitantium molles affectus lunbos penetrarent, prurigine uenerea tangebātur. Ad uates enim lumborum uergit extremitas : in quibus libidinis sedes est. Virgilius inpriapeiis. Crissabit tibi fluctuante lūbo. ❡ Tun uetule. Eum reprehēdit, quod tali scriptorum suorum recitatione uulgi fauorem captare, populoq; placere & ab eo laudari studeat. ❡ Auriculis quibus. Non interrogātis ē, sed uehementius admirantis : quasi non purgatis auribus & indoctis. ❡ Cute perditus Inflationem animi summo artificio cutis tumori ac senectuti coniunxit. ❡ Hoe Ridentis iteriectio ē. Nam respōdentis loquit͛ uerbis : qui cū reprehenderetur, quod scripta sua populo recitaret : eius que fauorem, plausum que captaret : haec non sine laetitia quadam monitorē ridens respondet. ❡ Quid didicisse ? Per detractionem : ut Quintilianus in nono refert : figurae multae fiunt : quarū una est: cum subtractū uerbum aliquod satis ex caeteris intelligitur. Quale est in bucolicis apud uirgilium. Noui

lumbo libidinis sedes est

Hoe interiectio

Figura per detractionem

mus & qui te. Decenter enim pudoris gratia, strupraverit: sustulit. Hoc item in loco Persius breuitatis causa, iuuat: subtraxit. ut sit. Quid iuuat didicisse? Hāc figuram eclipsim a grāmaticis appellari pspicio. Quae fit necessariae dictionis defectu ad integrum sensum percipiendum. Ex respondentis uero psona loquitur: nil fore utile didicisse: nisi quae didicerimus: ostendamus. ¶ Nisi hoc fermentum. A feruendo dictum fermentum est: quoniā feruefactū farinae immixtum, optimum panem facit. Quemadmodum uero fermētum ui sua farinam disrumpens feruorem suum emittit: sic scientia & doctrina i humano pectore in clusa, exire ac suas ostendere uires cupit. ¶ Rupto iecore exierit caprificus. Vt parietes ac sepulchra caprificus penetrat ac disrumpit: sic in eo, qui doctrinam intus cōceperit: doctrina illa sicut caprificus penetrare: ac iecore tanq̄ muro disrupto exire nititur. Verum in fermento & caprificu trāslatio color ē: q̄m ex alia re ꝓpter similitudinem fermentum & caprificus ad reꝝ cognitionem ac scientiam transferuntur. Iecur autem a nostris: epar a graecis āpellatū ē: ut celsus in quarto scribit: dextra in parte sub

Figura eclips

Fermentum

Iecur

praecordiis ab ipso septo ortum / itrinsecus ca
uum / extrinsecus gibbum est : quod ꝓminẽs
leuiter uẽtriculo isidet : & iquatuor fibras diui
ditur. Caprificus uero e siluestri genere ficus ẽ
nullo unq̃ tẽpore maturescẽs : sed oĩa i quibus
nascitur loca / ui sua penetrãs. ❡ En pallor se
niumq; o mores. Suo loco & tẽpore exclamati
one utitur cũ significatione indignationis atq;
doloris. Eum enim idignãter reprehẽdit : qui
cũ etiam senio palleat : ita tamen alienũ a bo
nis moribus se ostendat ut scientiam : quae nõ
aliis inotescat : nihil possidẽti ꝓfuturam existi
met. ❡ Scire tuũ nihil ẽ : nisi te scire hoc sci
at alter. Figura locutionis utitur : quã regres
sionem Quintilianus appellat. Fit autem qu
andoq; in eodem sensu : quãdoq; etiam i diuer
so : cum eadem uerba ponuntur. Interdum eti
am uerborũ iteratione mutata. ❡ At pulchrũ
est. Superiori iterrogationi respõdet aduersa
rius : pulchrũ esse praetereũtiũ digito demõ
strari. ❡ Et dicier. Paragoge figura ẽ : cum
ad finẽ dictionis littera uel syllaba apponitur.
Dicier enim ꝓ dici legitur. ❡ Ten cirratoꝝ.
Interrogat an parui aestimet a multis cõcelebr
ari. Cirri uero capitis crines & cõtorti capilli

sũt. Vnde cirrati pueri / qui cirris utũt eiusmo di / noĩantur. ⁋ Ecce inter pocula. Persii uer ba sũt eoꝝ cõsuetudinẽ reprehẽdẽtis: qui scrip ta sua recitaturi fãiliares & notos ad coenã cõuo cabant: quo postea sibi magis applauderetur. Ostendit autẽ beneficiis obnoxios / beneq; sa turatos nõ rectũ de poetis iudiciũ ferre posse. ⁋ Et iathina lena. Iacithinã uestẽ ab Iacitho pu ero ab apolline dilecto atq; ab eo ꝑ iprudẽtiã in terfecto & ĩ purpureũ florẽ sui nois uerso: ĩ quẽ & Aiax quoq; cõuersꝰ ẽ: cognoĩari fere ab oibꝰ uideo. Veꝝ nõ iacithina / sed iathina a uiolae co lore / quasi uiolacea legendũ est. Ion enĩ uiolã: ãthos florẽ significat. Quod pliniꝰ primo & uigesimo libro de uiolis scribẽs his uerbis ostẽ dit. Ex iis uero quae spõte apricis & macris lo cis proueniunt / purpureae latiore folio statim ab radice carnosa exeunt: solae que graeco no mine ab caeteris discernũtur appellatae ita ut ab his ianthina uestis. Cum itaq; Pliniꝰ ianthĩ nã uestẽ a uiola appellatã dicat: iãthis uero uio la sit: nemo debet ãbigere nequaquam ab iacin tho cognominari. Licet enim iacinthus flos sit purpureus: ut apud Virgilium: Suaue rubens iacinthus: inter uiolas tamen neque a ueteri bus neque a nostris herbariis numeratur.

Ianthina et Iacinthina [illegible] stio

Nam nec foliis / nec caule / nec radice / uiolae est ulla inparte cōsimilis : flore autem omnino dissimillimus : Est enim flore lilio par / nisi tātū colore distaret . De quo ita scribit Ouidius Tyrioq; nitentior ostro Flos oritur : formamq; capit / quam lilia : si non Purpureus color his argenteus esset in illis . Quare cū iacinthus uiola non sit : Plinius autē a uiola uestē cognominatā scribat : uerisimilius mihi sit ātiquiores librarios iacinthinā pro ianthina nominis deceptos similitudine iuertisse . Martialis quidē libro secūdo ianthinam / non iacinthinā uestem scribit Coccina famosae donas & ianthina moechae : Vis dare quae meruit munera : mitte togam . Quoniam uero iāthina prima syllaba breui legitur : eorundem quoq; uitio factū ē : ut cum & ianthina scriptum inpersianis codicibus inuenirent : ignari cur & copula cum iāthina iungeretur : iacinthi i purpureum florem conuersi memores / aliquantulū primis litteris īmutatis / iacīthina ipsi describerēt . Et uero pro etiam ad maiorē ignominiā recitantis nō sine summo artificio poeta posuit . Nā cū circa humeros & iāthina / lena hoc est etiam purpurea uestis sit : maiorem profecto reprehensionem meretur / q̄ si

necessitate & inopia urgeretur. Quod ita esse non modo colore: sed etiam habitu uestis ostẽdit. Lena enim Seruio ac Festo auctoribus uestis genus est, habitus duplicis & amictus auguralis. Qua non solum domi: sed & militiae utebãtur. Nam super caetera uestimẽta Marcello teste ĩponebatur. Virgilius eam Aeneae tribuit. Tyrioque ardebat murice lena Demissa exhumeris. Iuuenalis quoque non humili uiro dedit. Cauet hunc, quẽ coccina lena Vitari iubet & comitum longissimus ordo. Reliquum est: ut siue iacinthina uestẽ ab iacinto flore purpureo: ut iam prope usus obtinuit: nomine mus. Siue ianthinam a purpurea uiola: ut scribit Plinius: appellemus: nihil ad poetae sensum pertinere sciamus. Legentes haec pro suo arbitrio iudicabunt. Caeterum quis hic sit: cui lena purpurea erat circa humeros, ignoratur. Quidam Neronem intelligunt: quẽ & carmina scriptitasse & poemata decantasse constat. Nonnulli generaliter dictum esse in omnes scripta sua recitantes existimant. Ab habitu quidẽ uestis & audientium assentatione uir nõ ignobilis demonstratur. ¶ Rancidulum quiddam. Translatio a sapore aduerba est. Rancidulum

lena

Rancidulum

enim non integri saporis & uetustate corruptū est. ∫ Balba de nare. In pronuntiantis irrisionem hoc posuit. Spiritus enim ad nares cum labitur: & in uerba difficulter conciditur: & pronuntiationem ingratam reddit. ∫ Phyllidas: hypsipylas. Phyllis Lycurgi thraciae: Hypsipyle Toantis lemni regum filiae fuerunt miserabiles in amore: Phyllis in demophoontem: hypsipyle in Iasonem. ∫ Eliquat. Liquida / molli que uoce pronuntiat. ∫ Tenero palato. In translatione uerborum manet. Supra. n. dixerat Liquido cum plasmate guttur mobile colluerit. Nunc uero eliquare: & tenerum palatum ob eiusmodi causam dicit. ∫ Supplantat uerba. Molli uoce pronuntiare ac quodammodo de industria extremis syllabis uerba inculcare eorum est: qui auditores ad libidinem excitare cupiunt. Nam cum leniter uox infringitur / sonus ipse manat iocundior. De consimili pronuntiatione Iuuenalis ait. Vox blanda & nequam digitos habet. Hunc tamen pronuntiandi modum. Quintilianus primo institutionum his uerbis reprehendit. In primis uitia siqua sunt oris emendet: ut expressa sint uerba: ut suis quaeque litterae

ſonis enuntientur. Et paulo poſt. Curabit etiam ne extremae ſyllabae intercidant: ut par ſibi ſermo ſit. Aſſenſere uiri. Quanuis auditores aſſenſerint: non tamen propterea bonum ac probandum poetam eſſe ſignificat. Num nunc. In dictione num repetitio color eſt. quae Tullio auctore fit: cum continenter ab uno atque eodem uerbo ī rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur. Cuiuſmodi apud uirgilium. Num ſigeis occumbere campis? Num capti potuere capi? num incenſa cremauit troia uiros? Num leuior cippus. Terra coaggerata ī cumulū cippus eſt: & ꝓ ſepulchro interdū capitur. Horatius in ſermonibus. Mille pedes in fronte: trecentos cippus in agrum hic dabat. Rides ait. Reſpōdētis loquitur uerbis. Et nimis uncis naribus īdulges. Nimis irrideſ Naſum enim in rugas criſpamus cum quēpiā irridemus. Horatius. Naſo ſuſpendis acuto. Os populi. Sermonē ac laudem. quae quſa non niſi ore fieri poteſt: id quod facit, pro oe quod fit: denominauit. Et cedro digna. elegantia & perpetuo ſeruari digna. Cedrus enim arbor tineam neſcit: & non facile uetuſtate corrumpitur. Scombros. Marini

color ē uerbo ꝛ[illegible]

Cippus

pisces scombri sunt: quibus in aquis sulphureꝰ color est: extra aquas uero idem, qui caeteris Atque, ut Strabo uolumine tertio auctor est: ex his garum optimū: (hoc salsamenti genus est:) conditur. Quo liquore: ut scribit Plinius: nullus pene praeter unguēta maiore in precio esse coepit. Tanta uero scombrorum multitudo infreto hispano est: ut isula ad carthaginem nouum spectans: ab ea que urbe ad quattuor & uiginti stadia distans, a scombris sit scombria nuncupata. ¶ Quisquis es o modo. Respondet Persius nō se uerā laudem: quae ex recte scriptis oriatur, renuere: sed plausus assentatorꝝ contemnere. ¶ Si forte quid aptius exit Siquid apte, concinne que descripserim: quod raro, paucis que contigit: tunc laudem meritā non recuso. Hoc autem loco, Conduplicatio est ratione amplificationis facta plurium uerborum iteratione. ¶ Neque enim mihi cornea fibra. Non ita dura praecordia mihi sunt: ut laudis amore nō afficiar. Fibrae uero quanq̄ & iecoris & cordis & cuiusq; uisceris extremae partes: & uenarū quoque praetenues quidā meatꝰ p quos sudor emanat: sūt: tamē etiā quādoque arboribꝰ tribuūt. Pliniꝰ eni de arborꝝ sationibꝰ

solū ait eligi oportere quam maxime rimosum ne sol exurat fibras. Qui uero laudis spiritu nō afflantur, corneas quasi praeduras fibras habere dicuntur. ❡ Sed recti finem. Sed recuso tuum hoc euge & belle & assentationes eiusmodi finem & extremum recti, quasi ueram laudē esse: quae i tali applausu nō cōsistit. ❡ Nam belle hoc ex cute totum. Hoc totum belle exteriori ex parte atq; ex cute, intrīsecus uitiatū & uanū est. Bellum autem deriuatiuum a bono est. ❡ Quid non intus habet? Assentatio enim multum uitiorum & uanitatis intrinsecus habet. Nā ut de gnatone parmeno apud Terētium ait. Assentator homines prorsus ex hominibus stultis insanos facit. ❡ Non est hic ilias acci ebria ueratro. Hic nihil simile īsanis scriptis Accii reperitur. iSunt qui hunc Acciū ineruditum poetam autumant, homeri iliadā latinis uersibus transtulisse. quam ita male cōuerterit: ut ne ipse quidem opus suum intellexerit: ac propterea helleboro se purgarit.
Quidam Acciū tragoediarū scriptorē ītelligūt Cui⁹ librū īfra quoq; uenosum scribit. Sed quis quis fuerit: eius opus tanq̄ insanum, ueratro: quod & helleboꝝ dicitur ebriū esse significat.

Bellum a bono
d[er]iuatū

Crudus

tabelle citree

sumen

¶ Elegidia. Elegidium ab elegia diminutiuū deducitur. ¶ Crudi proceres. Crudum contrarium cocto dicimus. Sed cum de stomacho loquimur: non quod incoctum assumptum sit: sed quod stomachus nō bene concoxerit/crudū intelligimus. Iuuenalis. Crudum pauonem in balnea portas. Hoc uero a stomacho ad indigestum carmen Persius rettulit. ¶ Lectis in citreis. Vel quod in tabellis citreis/hoc est ex citro arbore factis atq; selectis describitur. Vel quoniam antiquiores poetae parietes cubiculi incaerabant: ut siqua noctu intra lectū carmina excogitassent: illic stilo facile annotarent. Horatius. Immeritus q; laborat Iratis natus paries dis atque poetis. Citri sane arbor non multum crescit: & folia habet maiora/ quam laurus. In atlante autē mōte plurima nascitur De ea Martialis. Et maurisiaci pōdera cara citri. ¶ Calidū scis ponere sumen. Et coenam dare & lacernam uestem donare scis tua carmina laudaturis. Sumen uero porca℞ mamma salita est. ¶ Scis comitem horridulum. Pro tremen ti horridum ponit: quoniam frigus horrorem solet inducere. Virgilius. Campi q; natātes lenibus horrescunt flabris. ¶ Lacerna trita

Lacerna genus uestis est . Iuuenalis . Crispinus tyrias humero reuocãte lacernas . Vnde lacernat9 / lacerna ĩdutus deducitur . ut apud eũ dẽ peotã . Ipse lacernatae dũ se iactaret amicae ∫ Qui pote . Quomodo possibile est ? Nam hic & haec potis & hoc pote dicitur . Vnde comparatiuum potior & superlatiuum potissimus & aduerbia potius & potissime deriuãtur . Dicit autem quo pacto uerum narrari ab auditoribus tibi uis : quos beneficiis obligaris ? ∫ Vis dicam ? Vis ne ut tibi uerum & quod sentio /e loquar . ∫ Nugaris cũ tibi calue pinguis aqualiculus propẽso sesquipede extet . Nugas loqueris ac prope insanis talia carmina describẽdo : cum ĩgenio rudi & pigui sis . Nam quod uẽtris ẽ ad aium atq; ĩgenium nõ sine causa rettulit . Vt enim Plinius ũdecimo libro scribit : min9 solertes sunt / quibus obesissimus uenter est . De Diogene autem mutuat9 est : qui / ut apud Laertium legitur in Anaximenem iocatus inquit . Pingui aqualiculo rhetorem impartire & nobis pauperibus uentrem . quippe & ipse leuigaberis / & nobis emolumento eris . Aqualiculus uero aluus est : in quam sordes confluunt . qui & si ꝓprie porcoꝝ ẽ : quãdoq; tamẽ de hoĩe

Lacerna

Nota

Aqualiculus

Sesquipes

reperitur. Propenso sesquipede. Extenso ac porrecto. Sesquipes autem unum pedem & semis continet. Sesqui enim semis significat. Varro de re rustica libro primo. Annus ē diuisus in quattuor partes tot9: & idē subtilius sesquimēses ī octo. Sesquimēsis itaq; mēsem unū & semis cōplectitur: cū annus induodecim mēses partitus sit. O iane a tergo. Eiusmodi popularis aurae cupidos atergo postea irrideri significat. Ianum autem ꝑpterea inuocat: quod cum bifrons pingatur, a tergo nequeat irrideri. Nulla ciconia. Extremis digitis in rostri formam collectis crebra man9 & brachii motatione ciconiae collū & caput exprimitur ī eius infamiam, quem ridem9. Pinsit. Pinso uerbum antiquum ē. Nam āte molaꝝ usus frumenta in pilis pinsebant. Vnde & pinsores dicti sunt, qui postea pistores cognominati. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. Applicatis expansarum manuū ad tempora pollicibus crebro palmarū motu asini aures nō sine risu repreſentātur in eius ludibriū: quē a tergo irrideam9. Quod a Midae aurib9 tractum est. Nec linguae tantum. Linguam in aliquem exertare irrisionis est signū. Sitiat

Pinso antiquū uerbū

canis appula quātū. Canis p aestū defatigata multū linguae exertat: in appulia praesertim, ubi calores immensi sunt. Vnde eam siticulosam horatius appellauit. ꝭ Vos o patritius sā guis. Meliores hortatur & quoꝝ scripta diuturniora futura sint: ne plausu & adulationibus capiantur: quo tales irrisiones effugiant. ꝭ Occipiti caeco. Occiput & occipitium posterior capitis est pars. Quam iure caecam, cū oculis careat: appellauit. ꝭ Posticae occurrite sannae Euitate irrisionem, quae ab occipitio distorto ore & labris contractis fit anteriorum dētium ostentatione. Quo uocabulo & Iuuenalis est usus. I. nunc & dubita qua ferbeat aera sanna Tullia. Hinc sanniones ridiculi homines, in dictisq; fatui appellant. Cicero ad Papiriū petū Salis enim satis est: sannionū parum. Sannatores quoq; eos, qui benigne irridēt nūcupamus Desannare etiam p fastidiū deridere significat ꝭ Posticae sannae. Postica dicuntur, quae post nos sunt: sicut antica, quae ante. Vnde posticum hostium, in posteriore partei aedium sitū dicitur. Horati9. Postico falle clientem. ꝭ Quis populi sermo ē? Ventosi scriptoris interrogatio quid de se popul9 colloquatur. ꝭ Quis

Hic est hec canis dicit^r

occiput

Sanna

Sanniones

Sannatores

desannare

enim. Respondentis assentatio. Enim autē ornatus & metri causa posuit. Virgilius. Quā pius aeneas tibi enim tibi maxima ī uno Mactat. ¶ Molli numero fluere. Nunc tandem elaborata, pfectaq; ad amussim carmina esse. ¶ Ut p laeue seueros effundat iunctura ungues. Translatio ab iis est: qui unguibus, lapidum cohaerētem iuncturā ꝓbant. Marmorarii enī iuncturas marmorum tunc absolutas existimāt: cum unguis superductus nihil offendit. Hinc ad unguem facta esse dicimus: quae absolutissima esse putari uolumus. ¶ Per laeue. Leuigatum & planū. Laeue enim cum prima sylla ba p ae diphthōgum effertur, nitidum & perpolitum: sine diphthongo uero prima breui, minime ponderosum significat. ¶ Oculo rubricā dirigat uno. Lignarii fabri, lapidumq; sectores rubricata linea opus dirigūt unoq; oculo clauso eius rectitudinē metiūtur: ne uago amboꝝ oculorum discursu norma rectitudinis conturbetur. Rubrica uero pluribus nascitur locis: rubraq; ē & minio proxima colore. Palma lemniae dabatur. fabris uero utilissima aegyptia & africana. ¶ In mores in luxum in prandia regum. Quidam mores ꝓ comoedia: luxum ꝓ satyra

Esse ad amussim

Marmorarii

Ad unguem fieri

Faber lignarius

regum prandia ꝑ tragoedia ponūt. In his sane uerbis caesa oratione sine copula interuallis distinctis articulus exornatio est. ꝯ Ecce modo heroas sensus. Ecce demōstrandi aduerbium est. Atq; ut Asconius pedianus in Verrem scribit: in rebus improuisis Ciceronis proprium est. Quod non sine diligenti cura Virgilius quotiens opus fuit sibi desumpsit: & hoc quoq; i loco summa cum arte Persius posuit. Ineptos enim atq; ineruditos poetas nō expectato ac quasi deimꝓuiso reprehendit. Qui cum lucū describere: aut ruris commoda laudare: quae quidem parua sunt: nesciant: maxima tamen aggredi nō erubescant. ꝯ Nugari solitos graece. Vel graecorum more nugas inserere: Vel graece describere. Quod horatius quoq; in sermonibus carpit: a Quirino se monitum dicēs: ne graecorum cateruas implere uelit. ꝯ Nec ponere lucum artifices. Nec qui artificiose aliq uē describere lucum sciant. Ponere enim / scribere est. Lucus uero a cōtrario nomē traxit: quia opaca adumbratio parum luceat. ꝯ Rus saturum. Fertile ac copiosum: quod q; saturare colentes possit. ꝯ Et fumosa palilia foeno. Pales dea pabulo℞ est: cui pastoralia sacra palilia

Ponere / scribere

Pales dea pabulo cui pastores sacrabant

quae & parilia nuncupantur / ad lupos arcendos
morbosq; a pecore depellendos a pastoribus in
agris fiebant undecimo cal. Maii. quo die Ro
mulus urbem fundauit. Fumosa uero dixit:
quod stipulae ac foeni manipulos pastores incē
derent. Vnde fumi ingens copia emanabat.
Tibullus. Ille leuis stipulae solemnis potus a
ceruos Accendet: flammas transilietq; sacras.
¶ Vnde remus. Ex quo rure Remus & Quinti
us ꝓuenerunt. Parecbasis autem / hoc est egres
sio quaedam in ruris honorem est. Quae cum
suo loco ponitur / ornatum maximum confert
Sed raras / aptasq; interserere conuenit. ¶ Sul
coq; terens dentalia quinti. Ad. L. Quintiū
cincinnatum dictatorem dictum missi legati /
nudum eum arantemq; inuenerunt. Sed dicta
turae insignibus sumptis uolscos / sabinosq; do
muit: deq; iis triūphauit. Sextodecimo autē
die dictatura deposita ad agriculturam reuertit
¶ Dentalia. Dentale lignū ē: in quod uomer
īmmittitur. Virgilius. Duplici aptantur den
talia dorso. ¶ Dictaturam induit. Magistra
tum pro ueste: quam dictaturam ineuntes assu
munt: ponit. Dictator aūt: ut Varroni placet:
āpellatus est: quod a consule diceretur: eiusq; di

cto audientes omnes essent. ¶ Lictor. Licto res Romulus primus instituit: a ligandoq; ap pellauit. Hi carnificis officio fugentes, uirga rum fasciculum cum securi ligatum portabant magistratusq; praeibant. ac quotiens iussi erāt fascem soluentes, primo uirgis reum caedebāt mox securi feriebant. Liuius de Bruti filiorū caede. Missi q; lictores ad sumendum suppli cium, nudatos uirgis caedunt, securiq; feriūt ¶ Euge poeta. Ironice cum irrisione clara uo ce pronuntiandū est. Ridet enim, quod cū leui a ignoret, heroicos sensus attigerit. ¶ Est nūc brysei quem uenosus liber acci. Eos nūc repre hendit: qui antiquitatis precupidi, melioribꝰ grauioribusque omissis Accium, Pacuuiumq; legebant. Dupliciter autem hunc locum a pe ritioribus legi uideo. Quidam in laudem Accii uenosum librum, sanguine abundantem, grandiloquum atq; animosum intelligunt. ut apud Horatium. Animosi que accius oris. Bryseum uero bacchicum legunt: quoniam in tutela bacchi poetae sunt. Caeteri penitus con tra sentiunt. Bryseum enim furore, insaniaq; bacchantem: ut ministri liberi patris solent: & uenosum eius librum tanquam male descrip

Lictor a ligād[o] apellat[ur]

Brisēu

tum ponunt. Nam cum Persius cerneret Accii & Pacuuii fabulas neglectis potioribus crebro legi: indignatus nullam grauem atque utilem lectionem concelebrari: non in lectores tātum / sed etiam inscriptores ipsos modeste inuehitur: alterum uenosum: uerucosum alterū esse dicens. Quod ob eam causam sane fecit: ut ab eorum assidua lectione facilius homines remoueret. Quod nequis in Persio admiretur horatius quoque uetustiores poetas pleraque nimis antique / dureq; dicere: & lutulentum Cecilium fluere: & recte nec ne crocum floresque perambulet accii fabula dubitare se scribit. ¶ Brysei acci. Bryseus ex uariis bacchi cognominibus unum est. Quod aliqui abrysea ciuitate aoniae: in qua Bacchus colebatur. Quidam ab antiquo uerbo bryo: quod emano / scaturio que significat / dici uolunt: quoniam uel ex aluearibus mella / uel ex uuis musta exprimere primus docuit. Qui cum noui scriptores sint ueritas que in occulto lateat: ipse quoque eam opinionem subiiciā in quam doctos plerosque ire perspicio. Ii quidem byrseum potiusquā bryseum bacchum cognominatum a byrsa pelle / quam in bellis induebatur: existimant.

Bryseus unde

bryo

Birseus

Nam apud Diodorum quito uolumine bacchũ
in proeliis pardalorum pellibus usum constat Byrsa
Byrsam autem corium ac tergꝰ significare ostẽ
dit Virgilius. Mercatiq; solum facti de nomi
ne byrsam Taurino quantum possent circunda
re tergo. Postea uero q̄ huius cognominis cau
sam reddidimus: non alienum a proposito no
stro uidebitur: qui ad utilitatem discentium
haec scribimus: si caetera quoque bacchi co/
gnomina apud alios passim dispersa/nos hunc
in locum breuiter redegerimus. Bacchus: ut Bacchus
Diodorus refert: a mulieribus dictus est: quae
illum bacchantes/hoc est furentes sequeban
tur. Ab Ioue autem parente/urbe que nysa:
ubi educatus a nymphis fuit: Dionysius appel Dionysius
latur. Liber pater/Lieus que dicitur: aut Liber
quod libertatem loquendi praestet: aut quod Lieus
uinum/cuius inuentor fuit/a curis homines
liberet: aut quod exercitum apud indos sua sa
pientia liberauit. Aqua lysii quoque cogno
men a graecis auctore Plutarcho meruit: &
si quidam alii a lyein: quod soluere significat/
dictum putant. Leneus uero a torculari: quo Leneus
uinum exprimitur: dictus est. Bromius atq; Bromius

Pyrgenius Pyrgenius, a tonitru, qui eius in ortu contigit dicitur. Mitrophoros Mitrophoros, quod mitra caput liga bat siquando uini potu agitabatur, est ap- Dimitor pellatus. Dimitora quoque, hoc est bimatrem nuncupatum tradunt: quod ex uno patre, dua bus que matribus gemini Dionysii orti sunt. Antea enim Iuppiter ex Proserpina aliū Dio Triumphator nysium procrearat. Triumphator etiam dici tur: quod deindis omnium primus in patriam Bassarius rediens triumphauit. Bassareus a lōgae uestis Euchius habitu. Euchius ab Iouis laudatione: uel a uo ce bacchantium dictus fertur. Nyseus a Ny Nyseus sa urbe. Iachus ab effusione uel uini uel uocis, Iachus laetitiae causa nominatur. Thyoneus a matris Thyoneus cognomine: quae Thyone dicitur: nuncupa tur. ¶ Venosus liber. Venarum plenus & ma lus A lucidis gemmis translatio est pretiosiori bus sine uenis. Plinius de carbunculis. Arche laus & in aegypto circa thebas nasci tradidit fra giles, uenosas, morienti carboni similes. ¶ Acci. Acci pro Accii per apocopen figuram le gitur. quae est ablatio litterae uel sillabae de fi ne dictionis. De Accio uero Eusebi9 de tēpori Accius b9 olympiade cētesima & sexagesima haec scri bit. Accius tragoediaꝝ scriptor agnoscit nat9

Mancino & Serano consulibus parētibus libertinis : & seni iam Pacuuio tarenti sua scripta recitauit . A quo & fundus accianus iuxta pisaurum dicitur: quia illuc ex urbe inter colonos fuerat deductus . ¶ Sunt quos Pacuuius . Idem auctor olympiade sexta & quinquagesima supra centesimam de Pacuuio haec refert . Pacuuius brundusinus tragoediarū scriptor clarus habetur . Ennii poetae ex filia nepos : uixitq; romae quoad picturam exercuit ac fabulas uendi tauit . Deinde tarentū transgressus ꝓpe nonagenarius diem obiit . ¶ Verucosa antiopa . Si in laudē Pacuuii referemus : uerucosam ꝓ aspera / laboriosaq; sumemus . Si uero / quod plures consentiunt / cōtra pacuuium exponemus : uerucosam hoc est non apposite descriptā intelligemus . Sicut enim ueruca corpus / ita inaequalitas stilum deturpat . Veruca autem caruncula eminens in corpore est sine pruritu : cuius sanguis fricatione alias quoq; contactu creat . De ea . Q . Serenus . Interdum existit turpi ueruca papilla . Et mox . Si rupta immensos fundit ueruca cruores . Locum etiam in monte editiorem atque excelsiorem uerucam antiqui nominauere . ¶ Pacuuius & uerucosa antiopa

Pacuuius

Veruca

Endiadis f.

Endiadis hoc loco figura est; quae fit quotiens una res diuiditur i duas coniunctiones; quae tamen in unum soluuntur coniunctione detracta. Antiopā enim Pacuuii intelligit. Vt apud Virgilium. Pateris libamus & auro: p aureis pateris. ¶ Antiopa erumnis cor luctificabile fulcta. Lycus thebaꝝ rex Antiopam Nyctei lesbii regis filiam uxorem duxit. Quam ab Ioue in satyri formam cōuerso grauidam factam repudiauit: Dircenq; nouam cōgiugem superduxit. Haec uerita ne Lycus quandoq; se reconciliaret Antyopae: eam graui seruitio pressit atq; in uinculis tenuit. Sed instante partus tēpore / regalibus manicis ruptis: i citheronem effugit: illicq; Zetum & Amphionē sustulit. Qui primum a pastore quodam educati: longo postea interuallo a matre recogniti: cunctaque edocti: i eius ulctionem & lycum interfecerunt: & thebano regno occupato Dircen tauro indomito alligatam adeum usq; fontem extra thebana moenia distraxerunt: qui ab ea dirce cognominatur. ¶ Hos pueris monit⁹. Cum parentes uideas scriptis antiquorum tragicis ac mollib⁹ delectari: filiosq; talia etiam edocere: mirandum nō est hanc parum uirilē

Lycus
Antiopa
Dirce
Zetus et Amphio

atq; eneruem loquendi consuetudinem increuis se. Patres lippos. Oculorum uitium ad animi perspicaciã trãstulit. Lippitudo enim morbus oculorum est mouens inspicienti fastidium Haec sartago loquendi. Sartaginem / quae latine frixorium dicitur: quia crepitum confusum in frictu emittit / p corrupto ac deprauato loquẽdi more accepit. Trossul⁹ laeuis. Eques cultus & nitidus. Trossulos enim equites antiquitas: ut festus meminit; appellauit: quod sine peditum auxilio tuscoꝝ oppidũ trossulum expungnarunt. Quod & plinius tertio & trigesimo libro his uerbis plane significat. Quin etiam ipsum equitũ nomen saepe uariatum ẽ / in iis quoq; qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo appellati sunt: deinde flexumines: postea trossuli: cum oppidum i tuscis citra uulsinios hoc nomine passuum nouem milia sine ullo adiumento peditum cepissent. Exultat. Gestit & applaudit. Per subsellia. A sedẽdo sedes ac sella dicta est. Hinc subselliũ / quod nõ plane erat sella: sicut subsipere / nõ plane sapere dicitur. Sunt autẽ ꝓprie Asconio auctore subsellia triunuiroꝝ / tribunoꝝ / quaestoꝝ & huiusmodi minora iudicia exercentium:

Lippitudo
sartago
Frixoriũ
Trossulus
celers
flexumines
subselliũ

qui nō in sellis currulibus nec tribunalibus: sed in subselliis considebant. Recitaturi autem poemata auditoribus subsellia sternebant. Iuuenalis de Statio. Sed cum fregit subsellia uersu. ¶ Nil ne pudet? Senex cum sis: in qua aetate prudentia maior inesse debet: non ne pudet eiusmodi assentationibus delectari? ¶ Pericula. Quae ex tali assentatoria laude: quae insanire ꝓpe nos facit: oriūtur. ¶ Quin te pidū hoc optes audire decenter? Quin uehemēter laudari / tibiq; āplaudi desideres: & ingēti uoluptate afficiaris: cū audis assentatores scripta tua / quae tepida sunt / decēter ac bene cōposita praedicantes. ¶ Tepidum. Quae inepte descripta sunt / iure tepida nūcupatur: cum in calore sanguinis / ingenii uis cōsistat. ¶ Fur es ait Pedio. Ornatu / lasciuiaq; uerboꝝ atq; arte orationis tātū romanos teneri dicit: ut nō solū ī poematibus sed etiā ī causis pagendis eiusmodi mollitudine abutātur. Ponit autem aliquē furti Pediū accusātē. ¶ Pedius quid? Qua defēsione se Pedius tueatur / cum in ius uenit ostēdit. ¶ Crimina rasis librat in antithetis. Cū obiecta crimina debeat ualidis rationibus cōfutare: quoniā p magna reo uincēdi spes ī cōfuta

tione locata ē : eius loco figuris elocutionis abutitur : atq; in re leui / fucoq; orationis occupatus / uires ac neruos causae praetermittit. Antitheton uero figura Quintiliano auctore contrapositum / uel contentio dicitur: cum singula singulis / uel bina binis opponuntur. Rasis autē pro politis & elimatis tanq̄ pilo carentibus posuit. Librare uero a libra tractum aestimare / ppenderéq; significat. ¶ Bellum hoc bellum est O tu qui tā lasciua scripta laudas: dicisq; hoc bellum & hoc bellū est: es ne tā pditis moribus haec ut pbes. ¶ An Romule caeues? Romulū p romanis ponit: qui eūdem / quē colunt: imitari deberēt. Tanq̄ uero de uirilitate Romuli dubitaret: an Romule caeues inquit? Moris n. romano℞ scripto℞ fuit / cū in quēpiam inueherentur / romulū iuocare. Catullus Cinaede romule haec uidebis & feres? Caeuere autem cinaedorum est leniter & oscene clunes dum subagitātur / mouentiū. Men moueat? Similitudo est apte concinneq; positā. Ait enim. Si reum uidero tali uerborum artificioso lenocinio se tuentem perinde ad misericordiam commouebor / ac si naufragum casum suum in tabula depictum circunferentem / cantare audirem.

Antitheton fi.

Rasus

librare

Mos Romano℞

Caeuere

Lenociniū

Cui sic cātanti / cum plorare debeat / se assem daturum negat. Quo dicto illud horatianum ostendit. illi in primis dolendum esse: qui sui misereri alios uelit. ¶ Cum fracta te in trabe pictum ex humero portes. Mos erat eorum: qui maris periculum euasissent: depictum naufragium in tabella appensa humeris circumferre; ut īfortunio cognito ab īspectātib9 / naufragiumq; miserātibus stipē sibi aliquī cōpararēt ¶ Fracta ī trabe. In aliquo fractae nauis fragmēto. ¶ Verū nec nocte paratū plorabit. Vere & ex corde / ex aīo q; dolebit: & se sine talib9 dicēdi figuris tuebitur: qui me uolet ad sui misericordiā cōmouere. ¶ Sed numeris decor est Cum Persius eiusmodi sermonis lasciuiam & mollitiem reprehendisset: respōdet aduersarius decorem / quo ueteres carebant / tali scribendi stilo quaesitum esse. ¶ Claudere sic didicit uersum berecitius atis. Auctoritatē poetarū sui saeculi affert: qui sic uersus componere cōsuerunt: ut ostendat non reprehensionem / sed laudem illos mereri: qui cum lepore ac uenere scribunt. Atin uero quidam ꝓprium nomen poetae dicunt. De quo Martialis ad Classicum. Nec dictat mihi luculentus atis. Non

Atis

nulli confictum nomen ꝓ euirato ac molli poeta ponunt: cuiusmodi phrygius atis a Cybele dilectus fuisse dicitur. Peritiores quidã non proprium aut effictum poetae nomen sed fabulam ipsam de ati conscriptam intelligunt. Caeterum berecitus mons & urbs i phrygia est. Quo in loco mater deoꝝ Cybele: quae atim dilexerat: colebatur. Vnde & ipse quoque Atis berecintius nominatnr. ¶ Delphin Delphini fabulã pelago illudentis: ac uel Arionem metinneum: uel quempiam alium deuehentis, ab aliquo eius aetatis poeta descriptã reor. Nereum uero ꝓ mari posuit: cum deus marinus sit oceani & tethyos filius. ¶ Sic costam longo subduximus apoenino. Longum apoeninum aliqui ꝓ exametro uersu legũt: cui costa subducitur, cum spondeus ꝓ dactilo quita in sede ponitur: uersumq; antiquioris esse poetae uolunt. Quidã uero apoeninum montem pro multitudine ueterum poetarum: & costam pro eorum ruditate, duritieq; accipiũt Vt respondentis depulsio talis sit. Hunc nostrum scribendi morem o Persi non iure arguis quod nimis apparatus & mollis sit. Eiusmodi enim stilo ruditatem omnẽ tanq̃ siluosam quã

di

Mons Bere[...]

Fabula delp[...]

Narus

dam costam apoenino longo / idest multo car
mini abstulimus : decoremq; ac uenustatem ō
ni turgiditate remota addidimus. ¶ Arma
uirum. Quod multā inflationem carminibus
nouissimi poetae subtraxerint exemplo osten/
dit. Dicit enim. Non ne tibi o Persi / ut cae
terorum omittam : uel maronianum opus infla
tum turgidumq; uidetur ? ¶ Vegrandi subere
Et si scio praegrandi subere scriptum in omni/
bus fere exemplaribus praeter quam admodū
paucis / reperiri : ut ego tamen uegrandi poti
us q̃ praegrandi legēdum putarim / Porphiri/
on grammaticus me admonuit. Is in sermo/
nes horatii sup. Vepallida lecto desiliat mu
lier / sic scribit. Quidam putauerunt uepalli
dam nunc unam partem orationis esse. ut ue
grandi subere coctum ait Persius flaccus. Pra
eterea cum suber auctore Plinio uolumine sex
todecimo arbor minima inter glandiferas sit :
iure eam Persius uegrandem / idest paruam
minutamq; respectu aliarum arborum glandē
ferentium appellauit. Vegrandem uero male
grandem & paruum significare apertū est. Ve
enim syllabam rei paruae ueteres praeponebāt
Vnde ueiouem / paruum iouem : & uegrandē

vegrādis

Ve Juppiter

fabam / minutam fabam uocacabāt. In eadem significatione Ausonius secundo epigrāmaton libro ait. Hic saepe falsus messibus uegrandibus. Varro quoq; secundo de re rustica idem probat de foetura ouium sic scribens. Quod quae postea concipiunt / fiunt uegrandes atque imbecillae. Quare cum inter glandiferas minima suber sit; uegrandis uero paruum significet; si praegrandi legeretur: esset cum contra arboris quantitatem: tum porphirionis doctissimi atq; diligentissimi uiri auctoritatē. Sunt tamen qui porphirionis testimonio ducti / cū uegrandi legendum assentiātur: pro multum & ualde grādi accipiunt. Quidam praegrandi potius legi uolunt. ¶ Coctum. Antiquum. Multi enim temporis aliquid coctum dicitur Vnde recocti homines ipso usu & frequentia & longitudine temporis cautiores / exercitatioresque facti cognominantur. Horatius in sermonibus. Plerunq; recoctus Scriba ex quinque uiro coruum deludet hiantem. ¶ Quid nam igitur tenerum? Si stilus uirgilianus turgidus & inflatus uidetur tibi respondet Persius: quidnā graue & ornatum putandum est? ¶ Et laxa ceruice. libera ac remissa ceruice: & quae pro qua

coctum
hoc tractus

litate carminis inflectatur. ¶ Torua mimaloneis. Et si quidam haec Persii uerba putant cũ indignatione interrogatis: an haec talia carmina sint: quae laxa ceruice legantur: satius tamen est: ut ea respõdenti aduersario tribuam9. Cum enim poeta interrogarit: quid laxa ceruice legendum esset exquo Virgilium non probaret: respõdet ille haec carmina/quae subiũget eiusmodi esse: ut iocũde ac flexibiliter legi possint. Quae sane carmina uel alicuius poetae contemporanei: uel Neronis principis sunt: quem constat auctore Suetonio uersus notissimos cõscripsisse. Hos aũt maxie uersus poeta posuit in eorum reprehensionem: qui grandiorem sonum captantes/rerum sensus nequaq̃ aduertunt. ¶ Mimaloneis bombis. Mimalones bacchae mulieres sunt cornua in orgiis ferentes: ea que spiritu inflantes. Cognominantur uero: ut plures autumant: a mima monte ioniae: de quo Plinius libro quinto & Strabo quartodecimo referunt. In ionia enim iuxta lebedum: quae urbs non procul a mimante locata est: artificum liberi patris conuentus est: & ionum habitatio usque in helespontum: in qua solemnia & certamina Libero patri quot

Mimalones

Mima mõs

annis celebrantur. Verum quidam ex doctiori bus a mimume graeco uerbo: quod imitor si gnificat: mimalones dictas aiunt: quod liberum patrem imitarētur & ad eius imitationem cor nua ferrēt. Vnde etiā Cassandram Lycophron clari mimalonem appellat: quod in claro / u bi apollinis responsa dabantur / artem uatici nādi ab eo edocta: in uaticiniis illum imitare tur. ¶ Torua cornua. Ad sonantium toruita tem respexit. Toruum autem a tauris tractū est: cum quadam cum truculentia irati respec tant. Cornua uero inflexa erant a curuo aere: quod ea curuarentur / cognominata. Inde cor nicen: ut a tuba / tubicen deriuatur. In orgi is autem propterea cornibus. utebātur: quod bacchus illis īcapite usus sit. Ei uero cornua de dit antiquitas: uel quod homines nimio uino / cuius ipse inuentor fuerit: truces fiant. Vel ut Diodoro placet: quod primus tauros iugo sub miserit / atq; arare terras docuerit. ¶ Vitulo caput ablatura superbo bassaris. Pētheus Echi onis filius thebarum rex liberi patris numen cō temnens: ira dei ab Agaue matre / reliquis que thyadibus uitulum eum esse credentibus discer ptus est. Bassarides autem bacchae sunt a bas sareo appellatae. Bassare9 uero unum e cogno

Cassandra
Mimalon
Toruu
Cornic
Tubic
Bassarides

Bassareus

minibus bacchi eſt. Horatius. Non ego te candide baſſareu inuitum quatiam. A genere autem ueſtis/quam induebatur auctore Porphirione baſſareus dicitur. Ea ſane ueſtis ad pedes fluebat. Statius. Si decet aurata bacchum ueſtigia palla Vrere. A baſſara uero loco lydiae cognominata eſt: ut noui quidam ſcriptores litteris mandauere. ¶ Et lyncem menas flexura. A tygribus/lyncibuſq; bacchi currus trahebatur. Statius. Effrenae dextra leuaq; ſequūtur Lynces: & uda mero lambūt retinacula tygres. Baccha uero mulier i liberi patris myſteriis lyncem addei currum poſitam tanq̄ auriga deflectebat. Lynx quidem: ut Plinius locis pluribuſ auctor eſt: binos utriq; digitos habet linguamq; ſerpentium ſimilem in magnam lōgitudinem porrigit: grandibuſ q; ungulis ceu graculus eſt: circumagit q; collum in aduerſū ſe. Peregrina eſt auis & clariſſime cernit: atq; in aethiopia naſcitur. ¶ Menas. Menadeſ amaenomae graeco uerbo: quod furor ſ gnificat: appellatae: ut Diodorus in quinto ſcribit bacchae mulieres ſunt liberum patrem ſemper ſecutae. ¶ Corymbis. Corymbi acini hederarum ſunt: quibus bacchus coronabatur. Tibullus. Sed uarii flore. & frōs redimita corym

Linx

Menades

Corymbi

bis. ⁋ Euchion ingeminat. Vt Acron ſcribit Euchio
ex eu / quod bonum ſignificat: & bios filium
euchius componitur. Ait enim bacchum in leo
nem conuerſum / primum deorum omnium il
li giganteo in praelio affuiſſe: rhoetumq; inter
fecisſe. Ex quo facto eum Iuppiter ita laudauit
euchie / ideſt bone fili. Porphirion aūt a uoce
bacchantiū dictū refert. Nam haec uox in ba
cchi ſacris iactabatur. Ob quod ingeminari eu
chion dixit. ⁋ Reparabilis echo. Quae ipſa
repercuſſione uocis: ut inconuallibus & cōcame
ratis locis audim⁹ / reparatur. Natura eni locoꝝ
euenit & plerunque cōualliū: ut acceptae uoces
numeroſiore repercuſſu multiplicentur. No / Echo
menq; echo eiuſmodi uoci a graecis datum eſt
ut Plinius ſexto & trigeſimo libro ſcribit. ⁋
Haec fierent. Indignanter cum acrimonia uul /
tus & ceruicis agitatione: uoceque clariore le
gendum eſt. Ait eni Perſius. Siquid in nobiſ
uirilitatis patriae ſuper eſſet / nequaquam ſcri
pta eiuſmodi probaremuſ. ⁋ Hoc de lumbe na
tat in labris. Haec mollia & eneruia ſaepe legi
muſ: crebroque in ore habemuſ Genitaliſ Lumbi
autem ſeminis ſedes in lumbis eſt. Vnde a
ſacris litteris lumbos ut praecingamus: admo
d iiii

De lumbis

nemur. De lumbē uero hominē effoeminatū & mollem ob nimiā uenerē dicimus. Hinc de lumbe carmen pro lasciuo, minimeq; uirili transfertur. ¶ Et i udo ē menas & atis. De menade atq; ati uersus crebro leguntur. In translatione autem uerbo₄ manet. Nā cum saliuā ac natare posuerit: nunc merito udū addidit. Vocis enim iter udum est: quae p uda arteria₄ ac faucium uiā labitur. Virgilius de Almone. Haesit enim sub gucture uulnus & udae Vocis iter. ¶ Nec pluteū caedit, nec demorsos sapit ungues. Neq; accurate neq; apposite scriptū est. Ex horatio uero trāstulit: qui in sermonib⁹ ait. Et i uersu faciēdo Saepe caput scaberet uiuos & roderet ūgues. Stilus aūt tardus potius ac diligēs, q̄ celer & languidus esse debet. Nam quod bene scribitur satis celeriter scribit. Qui uero morā stilo iudiciūq; apponūt i ipso limae labore irati iterdū & caput scabūt & pluteos caedūt & extremos ūgues morsicāt. Quae tamē corā aliis fieri nō decet. Nā ut scribit Quitilian⁹: ridicula sūt, nisi cū soli sumus. ¶ Nec pluteū caedit. Plutei

Plutei proprie crates e corio crudo intentae sunt: quae militibus opus faciētibus, ne ab hostibus laedi possent: opponebantur. Postea uero etiam tabulae

quib⁹ aliquid praeſepiretur : eodem nomine dictae ſunt. Hinc librorum & tabularū / ſignorū q; repoſitoria / plutei appellantur. Iuuenalis. Et iubet archetypos pluteum ſeruare cleantas. ❡ Sed quid opus teneras mordaci radere uero auriculas ? Interrogat aduerſarius quid cauſae ſit / cur alios reprehēdēdo odium in ſe cōtrahat. Admonet autem ex eiuſmodi ſcriptis / mortis ei piculum iminere. Magna uero in his uerbis eſt uis. Nam & mordax uerum eſſe : & nō tāgere / ſed radere aures : atq; eas teneras dixit : ut pote quae celeri⁹ repehēſionem admittant : ꝓpterea q; uehementius indignentur. ❡ Vide ſis ne maioꝝ tibi forte limina frigeſcant. Vide ſi ſatyram ſcripſeris / ne a potentioribus occidaris. Frigeſcere enim ſibi potentioꝝ limina nihil eſt aliud / quam a potentioribus frigore / hoc eſt morte : quae frigus ui caloris extincta inducit : feriri. Totus uero hic locus ex Trebatiano admonitu apud Horatium ſumptus eſt. O puer ut ſis uitalis metuo : & maiorum nequis amicus frigore te feriat. ❡ Sonat hic de nare canina littera. Hac tua in ſatyra tanta ineſt mordacitas quātam irritatus canis ringēdo ſolet oſtendere. R / autē littera canib⁹ tribuitur. Irati enī canes

restrictis dētib9 . R . litterā ringēdo exprimūt Vnde & irritare Donato auctore deductum ē . ¶ Per me equidē sint oīa ꝑtinus alba . Ironice respōdet Persius / quātū ad me ptinet nemo nigra / turpiq3 nota afficietur . Nihil enim ī quē piā scribā . ¶ Euge omnes bene mire eritis res . Assentiētis ꝓpe ē : & quasi sponte sua cōgratulātis : quod bene se res habebit / si satyrā nō attigerit . Totū uero p ironiam cū risu legēdū ē Nam tacite eū ridēs oīa uitia hominū se descriptuꝝ significat . ¶ Hoc iuuat . Si ꝓbe mentē tuam pspicio : quenq̄ nō reprehēdi te iuuat . ¶ Hic inquis ueto quisq̄ faxit oletū . Veto nequis hic uentrē exoneret . In re autē subsordida similitudo assumpta ē . Ait enim . Hic uetas excremēta deponi : quasi satyrici carminis graueolentia queq̄ potētioꝝ notari ꝓhibes . Oletum uero ab oleo : quod ī praeterito & olui facit & olеui : unde oletū deducit : tractū ē . Auctore autē festo stercus humanū significat . Veranius . Sacerdotula in sacrario fecit oletum . Proprie uero ꝓ loco / ī quo meim9 atq; excernim9 : ponitur . Tacitus ī Nerone . Gymnasiū eo āno dedicatum a Nerone : praebitumq; oletum equiti ac senatui . ¶ Pinge duos angues . Quoniā

hic excreuedum : hoc ē ī aliquē primatem in ue bendum esse nequaquā censes : pinge aliquod signum : quo monear a quibus mihi sit abstin endum . Genium uero loci per angues ostendit Nam locum nullum ueteres carere genio puta uerunt . Quod per anguium picturam genio sa cratorum demōstrabatur . Virgilius . Incertus genium ne loci / famulum ne parentis Esse pu tet . Duplex uero eorum genus est auctore Pli nio nono & uigesimo libro . Quidam . n . in aqua / non nulli in terra uiuunt inter se fere per similes . Pulcherrimum uero anguium genus ē quod in aqua uiuit : hydri uocantur . Sed hi no xii ac nulli serpentium inferiores ueneno . Cae teri placidi ac fere semper innocui sunt . Interre nis autem anguibus multa esse remedia crede/ bantur : uulgoq; romae & indomibus pasceban tur : Aesculapio q; salutis ac medicinae deo con secrabātur . Pueri sacer est locus / extra meite . Veteres quibus in locis oletum fieri nolebant : angues tanq̄ loci genium depingebant . Quo signo pspecto / inde metu pueri discedebāt . Per quam similitudinem pollicetur : si sibi ostende rit a quibus abstinendum sit : non in eos quip piam se scripturum : sed illhinc tanquā e loco quodam uetito discessurum . ¶ Discedo . Se

Hydri

paratim a reliquis hoc uerbum cum aliquo in teruallo ꝓnuntiandum est: quo melius Persii asseueratio de sua discessione ꝑcipiatur. ❡ Secuit lucilius urbē. Cum superius nihil se scripturum ꝓmisisset, uoluntate nūc immutata: cū lucilio inquit, Horatioq; licuerit quēuis aperte magna cum libertate reprehendere: cur non & mihi satyram scribere uel clanculum concedetur? ❡ Secuit. Hoc uerbo amaritudinem, acrimoniamq; Lucilii exprimit: qui non contentus paucos intra satyrae legem reprehendere, totam urbē acrius flagellarit. ❡ Te lupe te muti. Lucilium maiorem Pompeii magni fuisse constat. Nam pompeii auia, lucilii soror fuit. Eius nobilitatis Horatius in sermonibus meminit. Quicquid sum ego quamuis infra lucili censum. Ex arunca uero urbe non procul a pontinis paludibus genus duxit Iuuenalis. Per quem magnus equos auruncae flexit alumnus. Acer autem & uiolens poeta fuit: primusq; apud latinos satyram scripsit. Sed inprimo eius libro: ut apud Seruiū legitur: dii cōciliū habere: & de iteritu Lupi cuiusdā in re. p. ducis agere iducūtur. Mutiū quoq; praepotētē, sed malum ac noxium ciuem carmine suo perstrinxit. De lupo Horatius. Famosis que lu

po cooperto uersibus. De mutio Iuuenalis. Quid refert scriptis ignoscat mutius an non. ❡ Et genuinū fregit i illis. Qui alios reprehē dūt/genuinū dente agitare: quali cōtūdere morsicus/lacerare que dicuntur. Hieronimus ad Marcellam. In plerisque prouinciis familiare est/ut genuino dente se lacerent. Verum quoniam ad genuinum peruentum est: non praeterrem esse uidebitur: si pauca de dentibus Celsum/Plinium que secuti scripserimus. Duriores osse dentes sunt: quorum pars maxillae: pars superiori ossi malarum haeret. In humano autem ore quaterni ordines dentium sunt. Ex his quaterni primi lati & acuti & quibus primo morsus affigitur: primores a nostris/quia primi sūt: temici a graecis/quia secat dicūtur. Post hos rotundi aliquaten⁹ & in serrae modū acuti/canini locati sunt. Qui hos loco tertio subsecuntur duplices ac cibū conficiētes/molares dicuntur. Iuuenalis. Interq; molares difficile crescēte cibo. Vltimi ōniū genuini sūt: qui sero gigni solēt. Nā circiter uigesimū annū/quādoq; & octogesimū inascūtur. Quoniā uero a genis dependeant/genuini congnominantu ❡ Et admissus circum praecordia ludit. Extar

homini : ut Plinius undecimo libro ſcribit : ab
inferiori uiſcerum parte ſeparantur membranis
quae praecordia / quia cordi praetēduntur : ap
pellant . Quanq̄ / ut libro trigeſimo idē ait
praecordia uno nomine exta in homine nuncu
pamus . His in membranis praecipua eſt ſe
des hilaritatis . Quod in titillatu maxime
alarum intelligitur : non alibi tenuiore cute hu
mana . Ob quod maxima illhic dulcedo ſcabē
di eſt . Cuius rei Perſius non ignarus a lecto
ribus admiſſum horatium circa praecordia lude
re : & eos quaſi titillare ſignificat . Quod ſa
ne ad horatianos ſales referendum eſt . ❡ Calli
dus excuſſo populum ſuſpendere naſo . Doct9
populum reprehendere ac ridere . Naſum eni
contrahimus / cum aliquem deridemus . Vnde
naſuti pro reprehenſoribus atq; irriſoribus capi
untur . Martialis . Naſutus ſis uſq; licet : ſis
denique naſus . Callidi uero : ut ſcribit Cicero
tertio de natura deorum libro : dicti ſunt / quo
rū tanq̄ man9opere : ſic animus uſu cōcalluit .
❡ Men mutire nefas ? Cū luciliuſ atq; Horati
us acriter & aperte reprehēderit nō ne me loqui
uel clanculum p miſſum erit ? Nec cū ſcrobe .
Scrobes foſſa intra terrā manu facta ē aduineas

uel arbores conſerendas uel metalla & quaecun que alia fodienda. ❡ Nuſquam. Reſpondet aduerſarius ne in ſcrobe quidem & occulte li cere ei quenquam corripere. Poſſumus & ali ter ordinare: ut cum Perſius dixerit. Eſt ne me mutire ac loqui nefas: ille reſpõdeat. Nec clã nec cum ſcrobe te in alterũ loqui decet. Qua quidem prohibitione Perſius ſubiratus quaſi interrogans cum idignatione derugata fronte reſpondeat. Nuſquam: hoc eſt, nõ ne ſaltem clam & cum ſcrobe mutire poſſum? Ac deinde cum aliquantulo interuallo ſedata uoce ſubiun gat. Hic tamen infodiam: hunc ſuum libellũ ſignificans. ❡ Vidi uidi. Conduplicatio color eſt eiuſdem uerbi iteratione ad maiorem affec tum animi exprimẽdum: magis que quod ſen tit in auditorum animis infigendum. Cicero pro Milone. Erit erit illud profecto tempus & illuceſcet aliquando dies. ❡ Auriculas aſi ni quis non habet? Midas Gordii filius phry giae rex inter Marſiam: uel ut Ouidius ſcri bit, inter Panem atq; Apollinem iudex elec tus: ex hebeti ſuo igenio cũ ſentẽtiã ꝓ Marſia tuliſſet: Apollo eũ aſininis aurib⁹ deturpauit Haec aurium deformitas cum caeteros omnis

Fabula Midae

praeter tonsorem eius lateret; tonsor uero nec reticere uisum posset: nec prodere cuiq̃ aude ret, in agrum secessit: scrobem q; effodit: ac capite i eam demisso tenui uocula rettulit: qu a es midae aures aspexisset. Non multopost cum arundines ibi natae leui aura motarentur: eadẽ uerba, quae tonsor regius scrobi dixerat: referebant: hoc est. Auriculas asini Mida rex habet. Quo pacto hunc uersum primo poeta posuit. Sed postea monente cornuto, ut nunc legitur, immutauit: ne tam aperte in se dic tum Nero aduerteret. Caeterũ mihi eiusmo di figmentum diligentius perscrutanti simile ueri fit quod Philostrat⁹ libro sexto his uerbis scribit. Ipse enim Mida satyrorum genus par ticipauit. quod ipsius aures manifestant. Sa tyrus igitur quidam propter affinitatem ipsi illudebat in midae aures calumnias iactãs: nec uoce solum, uerum etiam tibiis in ipsum car mina decantabat. ¶ Hoc ego opertũ. Hoc, quod clanculum scribo: quodq; tam parui fie ri & a quoq̃ non lectum iri existimas, nulla ac ciana iliade commutarem. ¶ Audaci quicunq; afflate cratino. Non a philosophiae contemp torib⁹: sed ab iis, qui graues scriptores legere

assueti sint: & a satyra non ab abhorreant: legi uult. Cratinus uero atheniensis & Eupolis atq; Aristophanes: quem praegrandem senem appellat: priscam comoediam multa cum libertate animi descrispere. ¶ Palles. cum pallore legis uitiorum metu. ¶ Si forte aliquid decoctius audis. Modestissime de se loquitur. Aut enim. Quicunq; alios satyros legisti, meum quoque hoc opus aspice: nisi forte legi indignũ sit. Decoctius autem pro bene cõcocto & apposite scripto ponit. Contra superius crudos ꝓceres, quod non bene descrisperint: appellauit. ¶ Vnde uaporata lector mihi ferueat aure. Vnde hoc est qua mei operis lectione erubescat lector eius a me aure uaporata. Quaedã uetera exẽplaria ĩde habent. Quo modo si legem? : nõ a persio: sed ab illis antiquioribus satyris aurẽ uaporatam intelligemus. ¶ Vaporata aure. Hodie quoque moris est: ut quem acriter reprehenderimus, ei aurem calefecisse dicam?. Non sine causa uero ĩ prouerbium hoc uenit. Aures enim indicia animi sunt: & in mulieribus commissum adulterium rubore ꝓdunt. Iuuenalis. Vexatasque comas & uultum auremque calentem. In equis etiam & omnium iumentorum genere:

ut Plinius undecimo uolumine auctor est: indi
tia animi praeferunt: fessis marcidae: nutantes
pauidis: subrectae furentibus: resolutae aegris
sunt. Auribus autem Lactantio auctore a uoci
bus hauriendis impositum nomen est. Vnde
Virgilius. Vocemq; his auribus hausi. Aut quia
uocem ipsam graeci audin uocant ab auditu per
immutationem litterae aures uelut audes sunt
nominatae. ¶ Increpidas graiorum. Crepidas pro
philosophis ponit: quia huiusmodi calciamenti
genere utebantur. ¶ Et lusco qui possit dicere
lusce. Et qui sine aliquo delectu lusco exprobret
quod nulla sua culpa contigerit. Quod non ni
si ab ineptis, fatuisq; hominibus fit. Lusci ue
ro quanq̃ hebetioris quandoq; uisus reperiũtur
proprie tamen altero capti oculo appellantur.
¶ Italo quod honore supinus. Existimans se iã
magnum uirum esse factum exquo aedilitatem
adeptus est. Supinus uero: etsi quidam pro su
perbo legunt: pro ocioso tamen & molli, negli
genti que ponitur. Quod a re ipsa tractum est
Qui enim supini iacent: ociose ac molliter, ne
gligenterq; degunt. Seneca epistolarum ad luciliũ
libro sexto. Est quidem mi lucili supinus & ne
gligens, qui in amici memoriam ab aliqua re

gione admonitus reducitur. Iuuenalis. Et mul
tum referens de moecenate supino. Moecenas
uero etiã ab horatio mollis scribitur: ut Mal-
cinus tunicis demissis ambulat. Hinc & supi
nior ineadẽ significatione deductum est. Mar
tialis. Nusquam delitiae supiniores. ℣ Frege
rit heminas arreti aedilis iniquas. Postquam e
sacro monte in urbem reuersa est, aediles quat
tuor plebs creauit: qui sacrarum, priuatarum
q; aedium curam haberent. Vnde & appella-
tionem sortiti sunt. Aut quod ad eos facilis
aditus plebi esset. Hi quoq; annonae praerant
Sed caesarum tempestate cereales etiam appel
lati regiones peragrabãt: mensurarumq; & om
niũ ad annonam pertinentium curam habebãt
Iuuenalis. Et de mensura ius dicere: uasa mi
nora Frangere pannosus uacuis aedilis ulubris.
Hemina autem mensurae genus est: qua uinũ-
uel frumentum metiebatur: ab hemis, quod
semis significat. ãpellata. Dimidiũ. n. sextarii
cõtinet. Agellius libro tertio. Si e sextario he
mina fusa est: non dimidiatum sextariũ fusum
dicendum est: sed dimidium. ℣ Nec qui aba
co numeros. Nec qui mathematicas artes irri
deat. Mathematica enim quattuor in partis

diuisa est. Arithmeticam, quae numeros: Geometriam, quae dimensiones: Musicam, quae sonos: Astrologiam, quae caelum ac stellas complectitur. Per numeros uero arithmeticã ostendit. Quanq̃ enim abacus mẽsa est: supra quã uasa & pocula reponũtur. ut Iuuenalis. Urceoli sex ornamentũ abaci: et Plinius libro ultimo. Vasa ex auro & gẽmis abacoꝶ nouẽ: interdum tamen pro quadrata, gypsoq; oblita tabella ponitur: in qua quoniam arithmetici numeri conscribuntur: abacus ars ipsa arithmetica nuncupatur. ¶ Et secto in puluere metas. Geometriam significat: cuius partes, Linea: superficies: corpus solidum sunt: cuius q; officium ẽ latitudinem, altitudinem, profunditatem q; omnium corporum dimetiri. Eiusmodi autem figuras geometrae in harena maxime, uel in puluere radio describebant. Philostratus circiter operis finem. Partim libris legẽdis incumbebãt partim geometricas quasdam figuras in puluere designabant. ¶ Si cynico barbam petulans nonaria uellat. Si meretrix philosopho illudat Cynici uero Antisthenis sectatores uel agymnasio cynosargi: ubi Antisthenes uersabatur: cognominati sunt. Vel a cynos, idest a cane:

quoniam essent in cauillis castigationibus quo more canum mordaces. Vel quod oscenitate licentia que sermonis rabiem quandam caninam representarent. Sunt tamen qui a contrario potius dictos tradant: quia nequaquam ut canes adularētur: sed oratione ac gestu in delinquētes inueherētur. ¶ Petulās nonaria. Nonariae: ut fere docti omnes consentiunt: meretrices a romanis sunt appellatae: quod a nona hora cellam aperirent atque prostarent. Antea enim: ne rebus necessariis omissis iuuentus scortis uacaret: non licebat aperiri lupanar. ¶ His mane edictum post prandia callircen do. Quanuis Acheloi filia Callirce atque Alomeonis uxor fuerit: confictum tamen nomen pro hermione quidam legunt: quae a Paride deserta multum dicitur īterpellati amoris dulce cō sortium defleuisse. De qua ferunt conficto nomine Atinem celerem scriptitasse. Quod quidem si ita est: do inquit ut post prandia iocosa potius atque amatoria quam hanc satyram meam legant. Quidam cum Callirroe fontis cognomen sit. (Nam apud Plinium & Solinū in arabia & attica & iudaea: apud Valerium flaccum & in paphlagonia repetitur.) dicunt

eiusmodi uiris tanquam mollibus luxuriosis q;
dari : ut post prandia natationi indulgeant ⁎
Equidem Calliroen meretricis nomē existimo
Ait enim ⁎ Ab his doctrinae ac sapientiae deri
soribus legi nolo ⁎ Quin potius illis do : ut
mane praetorio edicto a lupanaribus abstine
ant : post prandia uero scortis uacare liceat
Qui sensus cum nonaria plane conuenit ⁎

SATYRA ⁎ SECVNDA ⁎

h Vnc Macrine diem ⁎ Impia mortalium uota carpit : qui a diis scelesta nefariaque petentes : frustra ingentia offerunt munera : cum non ditia dona : sed probi mores ad templa deferri debeant ⁎ ℐ Meliore lapillo ⁎ Consuetudo foelicium / infoelicium ue dierum uersicoloribus lapillis designandorum a thracibus auctore Plinio emanauit ⁎ Eius uerba e libro septimo hic subieci ⁎ Vana mortalitas & ad conscribendam se ipsam ingeniosa computat more thraciae gentis : quae calculos colore distinctos

pro experimento cuiusque diei in urnam condit: ac supremo / die separatos dinumerat: atque ita de unoquoque pronuntiat. ¶ Funde merum genio. Naturae deus humanae genius ē: cui natali die sacrificatur. ¶ Non tu prece poscis emaci. Eum laudat / quod deos honesta & recta postulet. ¶ Prece emaci. Cum donis aliquid impetramus / id emisse uidemur Qui uero preces ad superos cum muneribus fundunt / emaci prece poscere id dicuntur. ¶

¶ Seductis diuis. Secreto & sine arbitris.

¶ Vt bona pars. Maiorem sacrificantium numerum impie uouere significat. ¶ Tacita acerra. Ipsi taciti & uocem non attollentes: ne eorum uota nefaria deprehendantur. Acerra uero arcula est turi condendo ac seruando deseruiens: quae ad templa / cum erat necessitas / ferebatur. Virgilius. Farre pio & plena supplex ueneratur acerra. ¶ Haud cuiuis promptum est. Non facile cunctis est aperte superos deprecari: quoniam iniqua uota eorum sunt. ¶ O si ebullit. Impia iniqui hominis uota commemerat. O si autem optantis aduerbium est Quod cum iterum repetat / conduplicatione

utitur ad maiorem affectum animi ostendendũ ❡ Sub rastro crepet seria. O si dum terram ef fodio percussa rastro seria crepitum reddat. Est autem seria uas fictile. Liuius de secundo bello punico libro quarto. Et in uico istrio fon tem sub terra tanta ui aquam fluxisse: ut seri as dolia que: quae in eo loco erant prouoluta, uelut impetus torrentis tulerit. A seria quo que seriola diminutiuum exoritur. ut Serio lae ueterem metuens deradere limum. ❡ Dex tro hercule. Bono & propitio. Sic Virgilius. Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo. Non solum autem Mercurius: sed etiam Her cules lucro praeest. Horatius in sermonibus. Diues amico hercule. Ob eã uero causam the sauris prae est: quod intentos quaestui multos labores, incommoda que subire necesse est: quemadmodum non sine magnis difficultati bus hercules iniũctos labores exanclauit. ❡ Expingam. Per mortem extrudam atque a moueam. ❡ Nanque est scabiosus. Osten dit eum facile mori posse: quoniam bili, sca bie que laboret. Scabies uero ut. Celsus in

quinto refert : eſt durior cutis rubicunda : exqua puſtulae oriuntur / quaedam humidiores / quaedam ſicciores . Exit ex quibuſdam ſanies : fit que ex his continuate exulceratio pruriens : ſerpit que in quibuſdam cito . atque in aliis quidem ex toto deſinit : in aliiſ uero certo tempore anni reuertitur . Quo aſperior eſt : quo que prurit magiſ / eo difficiliuſ tollitur . ¶ Acri bile . Biliſ / quae a graeciſ cholera dicitur / Landino auctore ſecundo de anima libro ſanguiniſ ſpuma uideri poteſt . quae ita rubet / ut etiam / in candorem ignis deflectat : corpus que optime nutrit . Sed haec bona eſt : ipſum que ſanguinem acuit . Verum huic aduerſa & noxia / de qua Perſius loquitur / duplex eſt . Aut enim bilis corrumpitur / cum alio ſe admiſcēte hūore adulteratur . Aut ipſa ſponte a ſe degenerat . Sed cum aliis miſcetur : uel pituitae / uel atrae bili miſcetur . Si pituitae / : tunc uel bilis tenuior eſt & colorem citro ſimilem reddit : unde eam citrinam dicunt . Vel craſſior bilis eſt uitellina q; dicit̃ / quod oui uitellū repreſentet

Si atraebili : tunc ita bilis aduritur: ut rubeat a quo colore rubra cognominatur. Cum uero ipsa bilis sponte sua per se corrumpitur : aut uiridis herbacea que est / & prassina a succo / prassii herbae dicitur. Aut aeneae erugini similis est / & zinaria a colore denominatur. Zinam enim arabes aeris eruginem uocant. Caeterum noxia ipsa bilis : ut Celsus in quarto uolumine refert : commune stomachi atque intestinorum uitium uideri postet. Nam simul & deiectio & uomitus est : praeter que haec inflatio est : in testina torquentur : bilis supra / infra que erumpit : primum aquae similis : deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur : interdum alba : non nunquam nigra uel uaria. Ergo eo nomine morbi / hunc choleram graeci nominarunt. Praeter ea uero / quae supra comprehensa sunt / saepe etiam crura / manus que contrahuntur : urget sitis : anima deficit. Quibus concurrentibus non mirum est / si subito quis moritur. ¶ Nerio iam tertia ducitur uxor. Vxoris mortem exoptat. Sed non sine indignatione pronuntiandum : quod cum Nerio iam tres uxores perierint : suam sibi /

quam unicam habuerit / sepelire non liceat. Du cere uero proprie funerum est. Virgilius de api bus. Exportant tectis & tristia funera ducunt. Nerius autem foenerator apud Horatium in ser monibus est. ut Scribe decem nerio: non est satis. ❡ Haec sancte ut poscas. Impie uouen tium improbitatem ostendit: qui nocturnas pollutiones fluuiali aqua expiantes / tali lustra tione perfecta se pie ac sancte a diis posse aliqu id expostere iudicabant. ❡ Heus age responde. Interrogatione graui & concinna ait. Existi mas ne iouem optimum maximum homine ali quo meliorem esse? Si haec eadem / quae io uem rogas / ab ipso mortali homine peteres: ille quantum uis impius / ad haec uota tua ne faria iouem inuocans exclamaret: te que iniqu um esse atque impium iudicaret. Quanto igi tur magis hoc idem facere iouem censendum est? Tu uero quia iuppiter dum ab eo haec po scis: neque ad se ipsum exclamat: neq; fulmi ne te / domumq; tuam percutit: eum tibi igno scere / tuas que preces ac uota admittere putas ❡ An scilicet haeres? Dubitas ne Staio iouẽ p raeponere? ❡ Quis potior iudex? Ironice de sta io haec loquitur. Tacite enim satirorum more eũ

propter auaritiam non recte sententiam ferre: pupillos que fidei suae commissos spoliare significat. ¶ Pueris orbis. Pupillis / qui parentibus quasi luminibus priuati sunt. ¶ Pro iuppiter. Conduplicatio atque exclamatio summa arte confecta est. Votorum enim atrocitas tanta erat: ut omnem auditorem quanuis sceleratum & impium commoueret. Ergo ad significationem indignationis exprimendam / iouem compellat. ¶ Ignouisse putas. Temerariam confidentiam turpiter uouentis reprehendit: qui iouem sibi ignouisse putat: quia cum fulminat / ilicem potius quam se percusserit. ¶ Sulphure sacro. Fulmine odorem sulphureum redolente. ¶ An quia non fibris ouium? An ideo iouem tibi annuisse existimas: quia non dum ab eo fulmine ictus sis? ¶ Ergenna que iubente. Aruspicem hunc ergennam per fibras esse demonstrat. Oues enim & caetera animalia ad aram mactare: exta que inspicere aruspex solet. ¶ Triste bidental. Quod fulmine ictum est / bidental dicitur. Hoc expiari non poterat. Quare triste & euitandum in lucis insepultum iacere dicit. Qui uero hominem fulminatum attrectauisset:

furere a ueteribus putabatur. Horatius. An
triste bidental mouerit incestus: certe furit.
¶ Stolidam barbam. Qui stolidus esset, si
tibi barbam uellicandam praeberet: hoc est si
ei, quae petis: concederet. ¶ Lactibus unc
tis. Haec lactis in singulari foeminino genere
declinatur. Titinnius in ferentinati. Craticu
lum: cerebellum: lactis agnina. Aueniriculo
autem in oue atque homine lactes incipiunt:
per quas labitur cibus: ut Plinius undecimo
libro scribit. ¶ Ecce auia. Foeminarum uota
pro pueris suis carpit: quae non probitatem
& uirtutem: sed opes & pulchritudinem illis
optant. ¶ Infami digito. Quinque digiti ma
nus sunt: quorum crassior, a caeteris, que seiunc
tus: se que obuium reliquis cum uult prae
bens, tanquam rector omnium ac moderator
pollicis nomen accepit: quoniam ui & potesta
te inter caeteros polleat. Secundo, qui saluta
ris dicitur: ab indicando auctore Quintiliano
indicis quoque nomen est inditum. Medius
digitus, impudicus atque infamis iure cogno
minatur. Cum enim longitudine, pulchritu
dine que caeteros excellat: aliorum tamen auxili
o īdigēs parum ualet. Qua similitudine, ueteres

ducti eum hominem / qui caeteris famosior es
set / hoc digito igneminiae causa demonstra
bant . Hunc sequitur medicus : de quo Plini9
libro trigesimo . Muscae impari numero in
fricatae digito medico . Quintus / minimus
appellatur . Idem uolumine tertio & uigesimo
Singulis primo digitis anulos gerere mos fue
rat : qui sunt minimis proximi . ¶ Lustralib9
saliuis . Quibus infantem expiat atq; lustrat.
Saliua autem a saliendo dicta est : quoniam in
ore saliat atq; crescat . ¶ Vrentes oculos inhi
bere perita . Docta effascinationem prohibere
Virgilius . Nescio quis teneros oculus mihi fa
scinat agnos . Plinius quosdam in triballis &
illyriis esse scribit : qui uisu effascinent : interi
mantq; quos diutius intueantur / iratis praeci
pue oculis. Quod eorum malum facilius pube
res sentiunt . ¶ Spem macram . Non quia
spes petentis foeminae macra sit : sed quia uel
uoto postea non fruatur : uel quia futura omnia
incerta sint . Nihil autem infantis expectatio
ne incertius . ¶ Nunc licini in campos : nunc
crassi mittit i aedes . Puero crassianas exoptat
opes . Aliqui uero a Crasso Licinium diuidu
nt: eum que Augusti praediuitē libertū intelli

gunt: de quo Suetonius in Augusto. Multos libertorum in honore & usu maximo habuit: ut Licinium enceladum alios que. Aliqui uero Licinium crassum p endiadim legunt. ¶ Quã nuis te albata rogarit. Quidam albatam expiatam & purgatam / quo magis ualeant eius uota. Quidam uero uittatam legunt. Est autẽ uitta fasciola tenuis: qua capillos circunligabant. ¶ Poscis opem neruis. Eorũ uota commerat: qui bonam ualitudinem atq; robur / lõgamq; uitam a diis poscunt: quam ipsi sibi nimiis epulis & opiparo uictu tollunt. ¶ Rẽ struere exoptas. Vota ditari cupientiũ. ¶ Quo pessime pacto? Quopacto uis augere diuitias cum quotidie rem imminuas muneribus mercurio largiendis. ¶ Tot iunicum omenta liquescant? Tot tauri immolentur & cõburantur. Iunices uero tauri uitulis grandiores / bobusq; iuniores sunt a iuniori aetate cognominati. Omentum uero: ut Celsus in quarto refert: mẽbrana tenuis est intestina contegens / ex interiore parte leue & strictum: ex superiore mollius ¶ Opimo ferto. Copioso & abundanti sacrificio. Fertum enim sacrificii genus est: uel quod ad sacra ferretur dictum: uel quod pluribus

uarii ſq; rebus fartum eſſet. Nam, ut de re ru
ſtica Cato ſcribit, ſtruē farris: tritici: hordei:
fabae: ſeminis rapicii, thure ac uino additis an
te meſſem parabant in porcae praecidaneae im
molatione: ianoq; ac ioui & iunoni ſacrificabāt
Quae diuerſarum rerum congeries, fertum no
minabatur. ¶ Nequicq̄ fundo ſuſpiret num⁹
in imo. Donec pecunias omnis in eiuſmodi ſa
criſ abſumpſerit. Nequicquam uero ꝑ nō po
nitur. Virgilius. Nequicq̄ ſeroſ exercet noc
tua cantus. Alibi fruſtra ſignificat. Idem in
octauo. Ter ſaxea tentat limina nequicq̄. Su
ſpiret uero ad gemitum & dolorem donantis
rettulit: qui cum ſe omnia conſumpſiſſe cerne
ret: ſpe fruſtratus ſuſpiraret. ¶ Si tibi crateras
argēti. In eos dictū, qui deos credunt, ut homi
neſ muneribꝰ delectari. ¶ Auro ouato. Qui tri
umphū ducebat albis equis quattuor laureatus
uehebatur: & boues immolabat. At qui oua
bat, non in curru: ſed pedes patritiis in calceiſ
myrteam geſtans coronā oues mactabat. Vnde
& ouare & ouatio dicta eſt. Hinc quoq; ouatū
auꝝ dici nōnulli uolūt: uel ouatione uictoriaq;
quaeſitum: uel ingens & copioſum, quantum
ouationibus comparatur. Peritiores quidam

ouatum ouo auratum accipiunt : quoniam oui albo antea illinito aera ac marmora auri & argẽ ti laminis decorẽtur. Nec obstat quod ouum prima longa efferatur. Pleraq; enim deriuati ua primitiuorum naturam non seruant. Plini us quinto & trigesimo libro hoc pene uidetur ĩ nuere. Ait enim de marmoribus loquens: Vt ouatus esset numidicus : ut purpura distingue retur sinnadicus. ¶ Fratres abenos. Pollucem & Castorem quidam legunt. Satius tamen ẽ ut deos omnis, quib9 in templo statuae ponũ tur : intelligamus. ¶ Somnia pituita purgati ssima. Vera & bene purgata somnia. Omniũ autem, quae dormiẽtes uidere nobis uidemur diuersitates quinq; macrobio teste sunt. Som niũ : uisio : insomnium : oraculum : uisus : qui a graecis phantasma dicitur. Ex his insomniũ & phantasma cũ falsa s.nt, interpretatione nõ indigent. Tria reliqua uates interpretantur. Et oraculum quidẽ est cum quis in somnis alĩ quid nobis denuntiat. Visio uero cum id quis uidet : quod eodem modo quo apparuerat : eue nit. Somniũ autẽ ꝓprie uocatur : quod tegit figuris & uelat ãbagib9 nõ nisi interpretatione itelligẽdis. ¶ Pituita Phlema graece, pituita

latine: quod uitam petat Aelio auctore: ut scribit Quintilianus dicitur. Est autem pituita: ut Landinus secundo de anima libro refert: sanguis rudis adhuc, nec dū plene decoct⁹: sed quae quandoq; sanguis absolutissime fieri possit. Ea uero aut artificiosa natura gignitur & bona est. Aut aliquo peccato in corpore surgit: ob id q; adulterina iure appellari potest. Hui⁹ speties quattuor sunt. Mucillaginosa, quae etiam cruda. Vitrea a colore ponderosa & uiscosa: quae liquefacto uitro similis est. Gypsea crassa & albicans. Vltima omnibus siccior & leuior: ob eamq; rem acutior & gustatu salsa. Caeterum: ut Celsus quarto uolumine auctor est: distillat humor ex capite interdum in nares, quod lene est: interdum etiam in pulmonem, quod pessimum est. Si in nares distillat tenuis per has pituita profluit: caput leuiter dolet: grauitas eius sentitur: frequentia sternutamenta sunt. Si in fauces: has exasperat: tussiculam mouet. Si in pulmonem: praeter sternutamenta & tussim, est etiam capitis grauitas: lassitudo: sitis: ac stus. biliosa urina. ¶ Aurum uasa numae. Numa ponpilius Pomponii filius curibus sabinorum oppido ortus, romulo mortuo regnum suscipi

ens / a belli cura ad religionem populum uer/tit : templa q; multa ac sacerdotia instituit. Quoniam uero fictilibus cum in publicis tum in priuatis ea tempestate romani ob paupertatem & continẽtiam utebantur : septimum quoque collegium figulorũ ordinauit. Longo postea interuallo cũ auctis opibus & increscente luxuria argento at q; auro pro fictilibus uterentur : ob eam causam Numae fictilia e templis expulsa esse ab aureis uasib9 cõmemorat. ꝯ Saturnia aera. Quibus saturno regnante utebantur. Aes uero apud antiquos in pretio magno fuit. Vnde & Numa collegium tertium fabrũ aerariorum instituit : & inde militum aera / & aerarium / tribuniq; aerarii & obaerati ab aere cognominantur. ꝯ O curuae in terris animae Terrenã tantum relictis caelestibus cogitantes. Exclamans autem indignatur & quaerit quid luxuries tanta in templis prosit. Exclamatio uero ipsa conficit significationem indignationis atq; doloris. ꝯ Ex hac pulpa. Ex hic nimia luxuria nostra. Pulpa enim sine ossibus caro est. ꝯ Haec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo. Ex eadem luxuria natum est : ut oleo / casiaq; cõmixtis ũguenta conficiamus &

purpureis uestibus / unionibus q; utamur : atque auri & argenti metallia effodiamus. Casiā dissoluit. Virgiliana aemulatio est. Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui. Casia uero : ut libro duodecimo tradit Plinius : frutex est amplitudinis cubitorum trium in aethiopia iuxta cinnami campos nascens / sed in montibus crassiore sarmento / tenui cute uerius q̄ cortice. Color triplex. Cum primum emicat candidus pedali mensura. Deinde rubescit addito semipede. Vltra nigricans. Haec pars maxime laudatur. ac de inde proxima. Damnatur uero candida. ℘ Vitiato murice. Muricis piscis liquore lanae in pupuram tingebantur. ℘ Haec baccam conchae rasisse. Margaritas dicit : quae rotundae in morem baccarum sunt : & e conchis piscibus extrahūtur. Quoniā uero inconcha geminae semp sunt : neq; unquā indiscretae reperiūtur : ꝓpterea a romanis : ut scribit Plinius : unionū nomen illis est inditum. ℘ Et stringere uenas. Aurum & argentum significat : quod e terrae uenis effossum / tusumq; lauatur : uritur & mollit. ℘ Peccat & haec peccat. Sacris nō initiati peccāt eiusmodi luxuriae seruiētes : sed ex ea tamē aliq̄ utili

tatē pcipiūt; quia gēmis; auro; purpura que utūtur. At uos sacerdotes dicite quid aurea cona intēplis ꝓsint? ℐ Nēpe hoc quod ueneri donatae a uirgine pupae. Ipse met iterrogationi suae respondens idem quod puellaꝝ ludicra facere in tēplo aurum asseuerat. Est uero pupa puellula: & pup⁹ puer paruulus. De pupa Ausonius in bissula. Barbara quae latias uincis alūna pupas. De pupo Varro apud Marcellum. Mammam lactis sugentem poscere pupum. Sed a similitudine pupa quoque paruula puellaris imago dicitur. Varro in originib⁹. Itaque breui tēpore magna pars in desideriū pupaꝝ & sigilloꝝ ueniebat. Moris autē fuit ueterū puellarum/ paruula quaedam puellaria simulacra ex linteo insuere: deinde tomento infarcire: tum uestibus amicire. Has uirgines pueritiam egresse Veneri/ tanq̄ uirginitatis suae insignia condonabant; ut faustum foelix que futurum matrimonium cederet. Veneri enim ab ioue maturae uirginū aetatis/ nuptiaꝝque cura Diodoro auctore cōcessa est. ℐ Quin dam⁹ id superis. Honestatē uitae/ moruꝫ sanctitatē/ nō aurū aut argentū superis largiendū hortatur. ℐ De magna lance. Lances uasa lata sunt & aliquantulū

concaua : minus tamen excauata q̄ patinae. ¶ Magni messalae lippa ꝓpago. Messalarum familia romae clara & illustris fuit. Messalinum autem cottam praediuitem uirum intelligit: cuius in lippitudinem satyrco more inuehitur: oculorum uitium ad animi auaritiam referens. ¶ Haec cedo ut ad mouea templis & farre litabo. Fac ut ꝓbitatem & sanctos mores, rectā q; mentem ad templa feram: & tunc minima quaq; oblatione quicquid a diis petiero: impetrabo. qui non dantium dona: sed mentem atq; animum perscrutantur. Litare autem ꝓprie deos propitiare ac placare, uotum q; impetrare significat Plaut9 in penulo. Si hercle isthuc unq̄ factum est: tum me iuppiter faciat: ut semper sacrificem: neq; unquam litem.

TERTIA SATYRA.

n Empe hoc assidue. In desides & incontinentes iuehitur, quid fugiēdū sequendūq; sit ostendēs. Quędam autem adducit comitis inertiam circa bonaꝝ artiū studia reprehendentem. Ordo uero est. Nēpe tu hoc assidue facis: ut ad multam lucē

dormias. ⁋ Indomitũ falernum. Vel aqua nõ dilutum. Vel tam uehemens, quod uix aqua domari possit. Virgilius. Dux bacchi indomitum q; falernum. Ager autẽ falernus in campania est uino celeberrimus. ⁋ Despumare. In stomacho concoquere. Quod ab olla in qua carnes elixantur: trãslatum est. ⁋ Quinta dum linea tãgitur umbra. Antiqui p umbrã gnomonis orto sole horas in semiciclo spectabant. In quo duodecĩ lineae aequis diuisae spatiis a gnomone discurrebãt. Prima uero linea ab occidẽte, sole orto in primis adumbrabatur: de inde caeterae singulatim. Verũ cum ad sextã lineã umbra uenerat: meridies erat. Quĩta igitur linea iam ꝓpe diẽ medium declarabat. Quo tempore canicularibꝰ diebus pecudes umbras & frigora captant. Horologiũ autem primꝰ Anaximenes milesiꝰ & umbrarũ in horis diei cognoscendis rationẽ inuenit. ⁋ En quid agis? Cum superiori castigatione correptꝰ nõ dum surgeret grauius instat atq; reprehendit: quod tum maxime stertat: cũ magna pars lucis pacta sit. En uero demõstrãtis cũ ĩdignatione & castigatione ẽ Iuuenalis. En habitũ, quo te leges ac iura ferẽtem. ⁋ Insana canicula. Furens per aestum

Quale apud Horatium. Iam ꝓcyon furit. Idem enim canicula & minor canis & ꝓcyon sunt. Plinius libro octauo supra decimum. Aegypto uero ꝓcyon matutino aestuosus. quod sidus apud romanos nō hĩbet nomen: nisi caniculam hãc uelimus intelligi: hoc est minorem canē. Duo uero canes incaelo sunt: maior & minor. Sed canē dicendo, maiorē ītelligim9. Minor enim canis, canicula dicitur. Quae quia integrum diem in ortu atq; occasu canem praecedit: inde a graecis ꝓcyon appellatur. Pro enim āte: cynos uero canem significat. Ardentissimo autem aestatis tempore canicula oritur decimo septimo iulii die, sole primam leonis partem ingrediente. Canis uero postridie, sole primam partem leonis ingresso. ⁋ Verumne? Verba castigati adolescentis: quod tam clarum mane sit īdignantis: & aliquem seruorum ad se uocantis. ⁋ Nemon? Separatim cum stomacho acri sono uocis legendum est. Indignatur enim nō praesto ex seruis aliquem accurrisse ⁋ Turgescit uitrea bilis. Vel ad monentis uel Persii uerba sunt illum irasci demōstrantis. Bilis enim q̄ q̄ ꝓprie corporis humor est: ex cui9 abundātia morbus nascitur: quia tamen animus

quãdoq; corporis inclinationem sequitur: ad mo
res iracundiam que transfertur Plinius libro
undecimo. Sed in felle nigro insaniae causa ho
mini morsq; toto redito. Hinc & in mores cri
men bilis nomine: adeo magnum est in hac pa
rte uirus, cum se fundit in animum. ℣ Findi
tur arcadiae pecuaria rudere dicas. Etsi quaedã
exemplaria findor habent: quia tamen in uetu
stioribus finditur in tertia psona inuenitur: an
tiquã scripturam tanquam sensui magis cohae
rentem secutus sum: Cum enim uel poeta uel
monitor dixerit: Turgescit uitrea bilis: stati
finditur subiunxit: hoc ẽ iracũdia idignatione
q; disrũpitur: atq; ita iseruos adse nõ accurrẽtes
exclamat: ut eius uociferatione audita arcadi
cos asinos rudere existimes. Rudere autẽ asino
rum proprium est. Abusiue enĩ de leonibus.
Sera sub nocte rudentum: & de homine. In
clusum que cauo saxo atq; insueta rudentem
dixit Virgilus. In arcadia uero boetiae regio
ne & apud reatinos in italia optimi asini nasce
bantur. ℣ Iam liber & positis bicolor mẽbra-
na capillis. Membranae a membris anima-
lium dictae sunt: i quoꝝ tergoribus primũ ab

uno latere scribi coeptum : deinde ab utroq; de rasis pilis. Eaꝝ usus pgami regnante Eumene inchoauit. Verum quanq̄ in membranis descri bitur : hic tamen ꝓ īuolucro libri ponitur. Nā qui librum cōptius adornabant : membrana co lore aliquo infecta operibant. Quod Tibul lus ad Neeram librum suum mittēs significat. Luthea sed niueum inuoluat membrana libel lum. ℣ Inque manus chartae. Cum librum membrana bicolori obuolutum sūpsisset : ut ex eo aliquid trāscriberet chartā cepit. Cuius usus cōdita ab Alexandro in aegypto urbe sui nomi nis emanauit. Antea enim : ut libro tertiode cimo scribit Plinius : palmaꝝ foliis scriptitabāt quandoque & arborum libris. Vnde etiā libri sunt appellati. Interdum & in plumbeis uolu minibus & in linteis & in caereis scriptum est. Ex papiro autem eaꝝ cōfectio prima fuit. quod in palustribus locis aegypti gignitur. ℣ Nigra quod infusa uanescat sepia lympha. Quod a tramentum scriptorium : quod crassum antea calamo dependebat : nunc aqua dilutum nimis fluat : cōqueritur. Apud ueteres autem ex a tro sepiarum humore librarium atramentum fi ebat. Sepiae uero ut scribit Plinius in nostro

mari binū cubitorꝝ capiuntur: neq; his bimatu longior uita. Hae se apprehendi cum sentiunt effuso atramēto: quod ꝓ sanguine his est: infu scata aqua absconduntur. Pariunt autē omnib? mensibus. ❡ Fistula. Calamū scriptoriū intel ligit. ❡ O miser inq; dies ultra miser. Sum ma arte exclamatione / conduplicatione q; uti tur. Cum enim cerneret eum in dies deteriorē futurū / ex quo tam fatuam excusationē desidiae suae afferret: in hac significationem doloris ꝓ rupit. ❡ Papare minuti. Minutis ac blandi usculis uerbis patrē appellare: ut quidam sen/ tiunt. Quod si patrem uocare significat p uni cum. P. scribendum est. Papas enim pater est & cum. p. unico scribitur. Quod patet apud Homerꝝ in odyssea. Nausicaā eni alcinoi filiā īducit patrem suū uocātem: Papa phile i/ dest pater chare. Iuuenalis. Timid? praegustet pocula papas: ꝓ aliquo qui te filii loco amet. Quidā uero pappare ꝑ geminū. p. scribentes pappū / hoc est auum uocare dicunt. Pappus eni auus est: ut festus scribit. Quod & Ausoni us ad nepotem suū ostendit. Pappos auiasq; tre ments Ante ferunt patribus seri: noua cura: nepotes. ❡ Iratus mammae lallare recusas

Morē infantium expressit: qui matri irati su gere mammam renuūt. Quod lallare dicitur. Quidam tamē lallare blandiusculis uocibus lo qui infantium more legunt. Mamma uero & uber & mater est. ℱ An tali studeam calamo? Excusat se adolescens tali calamo scribere nihil posse. ℱ Cui uerba? Non me ipsum; sed te decipis, respondet admonitor. ℱ Sonat uitiū. Optima similitudine uasis confecti a figulo u sus est: in qua diligētissime uerba similitudini accomodata subiūxit. ℱ Nunc nūc pperādus Dum tener & mollis es: & iquācunq; partem faciliter flecti potes. ℱ Sine fine. Non quia exitus nullus futurus sit; sed sine intermissio ne temporis donec ad finem perducaris. ℱ Sed rure paterno. Responsioni, quam facere aduer sarius posset; occurrit. Sibi studiis inuigilan dum non esse; quoniam diuitiarum satis habe ret. ℱ Modicum far. Ad mensuram & modū & quantū ad uiuēdum sufficiat. ℱ Salinū hic p uasculo domestico salis ponitur: ut apud Ho ratiū. Splendet in mēsa tenui salinū. Proprie autē patella ē: i qua primitiae diis cū sale dabā tur. ℱ Quid metuis? Multi eni metu ne sibi necessaria desint, maiorib9 opib9 semp inhiāt

❡ Secura patella. Quae te securum reddat. Est autē diminutiuū a patina. quo uase ad sacra ueteres utebantur. Cicero de finibus quosdā ita nō religiosos esse tradit: ut etiam de patella e dant. Apud Liuiū quoq; legitur. Patres sacro rum causa patellam retinuisse. ❡ Hoc satis? Ostendit nō satis esse tantū fortunarum habere quantū ad degēda uitam sufficiat: cū recte uiuē di modus & scientia quaerenda sit: ❡ An dece at pulmonē rumpere uentis? An te in flare, su perbire q; deceat: quod generoso sanguine clar? sis? ❡ Stēmate quod tusco ramū millesime du cis. Stēma graece corona est: & a nostris ꝓ no bilitate generis ponitur. Iuuenalis. Stēmata quid faciunt: quid ꝓdest pontice longo Sangui ne cēseri? Apud romanos autē ut: scribit Plini? expressi caera uultus sigulis disponebātur arma riis: ut essent imagines, quae comitarētur gēti litia funera: sempq; defuncto aliquo totus ade rat familiae eius qui unq̄ fuerat poplus. Stem mata uero lineis discurrebāt ad imagines pictas ❡ Censorē que tuū uel quod trabeate salutas? Vel quod trabeā insignē uestē indutus censorem gentiliū tuum salutas. Censores uero quoniam censum agerent appellati in quinquennium cre

abantur. Quod tempus lustrum cognominatur. Primi uero censores creati sunt. C. papirius & A. Sempronius. M. geganio macerino & T. quintio capitolino consulibus. ❡ Ad populum faleras. Hanc tuam generis claritatem & externa ornamenta populo non mihi ostentes. Ego enim te intrinsecus uitiatum esse cognosco. Falerae autē ornamēta equorum sūt ❡ Discicti nacte Discictos ātiqui negligētes & desides āpellabāt. Horatius. Discinctus aut perdam nepos. Contra accinctos & cinctutos, solertes strenuos q; uocabant. Quod a re ipsa deductum est. Molles enim demissis discinctisq; uestibus uti solent. Strenui uero atq; industrii, quo sint ad res exequendas ꝓmptiores, succincti incedunt. Nacta uero ꝑ deside infamiq; ac uulgari uiro ponitur. Quod quidem ex horatio sumptū ē. Vngor oliuo. Non quo fraudatis īmūdus nacta lucernis. ❡ Sed stupet hic uitio. Nactā ipsum uitioꝝ in gurgite mersum, neq; uirtutem a uitio discernente: ut qui penitus intemperans factus sit: culpa ꝓpemodum carere asserit: quoniā quid pdat: ignoret. Per quod ostēdit eum castigatione acerrima dignū esse: qui cū ingenio ualeat: incōtinēsq; tan

tummodo sit: atq; emendari facile possit / opibus ac fama adhuc integris / desidiae luxuiq; se dedat. ¶ Sed stupet hic uitio. Stupidus & insanus in uitiis factus est. Stupere enim quodā modo sensum rerum non habere significat. ¶ Et fibris increuit opimum pingue. Eius praecordia: in quibus propter calorem scientiae sedes locata est: cum pinguia esse dicat: mirum i modum insaniam eius exaggerat. ¶ Et alto demersus. Et tanquam in ꝓfundam uoraginem mersus nunq̄ ad superiora reuertitur. ¶ Magne pater diuum. Deum rogat ut non alia poena prauos afficiat: q̄ ut uirtutis fulgorem cernētes / illa se carere sua culpa cognoscant. ¶ Anne magis siculi gemuerunt aera iuuenci? Cruciatus corporis minores esse tormentis animi per cōparationē ostendit. Perillus autē athenienSis aereum taurum tāta arte fabrefecit: ut igne subdito qui eius in aluo includebatur / eiulans mugire putaretur. Hunc cum in siciliam ad phalaridē agrigentinoꝝ tyrānū detulisset: tali munere Phalaris ob isitā opininē crudelitatis suae turbatus est. Itaq; ipsum artificē itauꝝ trudi iussit: ut prim⁹ artis suae piculū faceret. ¶ Et magis auratis pendens laquearib⁹ ensis. Damodes

philoſophus Dionyſii ſyracuſarum tyrãni opes
ac potentiam cum extolleret ;beatamq; eiuſ ui
tam in tãta opulentia rerum aſſereret ; eum ad
coenam Dionyſius inuitauit ; gladium q; ſeta
alligatũ ſupra eius caput appendi iuſſit . Quo
ille inter coenandum conſpecto praenimio im
minentis periculi metu regalibuſ menſis abſti
nuit . Quod aduertens Dionyſius / illi tyran
noſ identidem uiuere atq; inter magnificos ap/
paratuſ imminẽtibus periculis cruciari affirma
uit . ¶ Laquearibus aureiſ . Laquearia paruae
quaedam conuexitateſ in contignationibus te
ſtudiuibuſq; aedificiorum ſunt ; quae uariiſ co
loribus adornantur . Virgiliuſ . Pendẽt lychni
laquearibuſ aureiſ . ¶ Imuſ imuſ praecipiteſ .
Ordo taliſ & ſenſuſ eſt . An magiſ affligitur
qui crudeliſſime a tyrãniſ torquetur ; quam quĩ
conſcientia ſcelerum agitatuſ ad ſe ipſum intra
ſe loquitur . Imuſ imuſ praecipiteſ nulla ſalutiſ
ſpe ? Et an magis a tyrannis tortuſ cruciatur /
quam ille qui infoelix ac miſer intuſ conſcientia
eorum ſcelerum palleat ; quae fidiſſimae uxori
narrare non audeat . Quibuſ uerbiſ oſtendit
animi tormenta omnis cruciatus corporis ſupe
rare . ¶ Saepe oculos memini . Se quoq; dum

puer erat utilibus salubrib9 q3 cōtemptis uolup tuosa & delectabilia quaesisse scribit. Verum ta cite annuit / se tunc uenia dignum fuisse: ut po te qui rerum ignoratione uitio aetatis deliqu erit. Sed cum ipse tam saepe admonitus sit ad eam q3 rerum cognitionem deuenerit / ut opti me uitium possit a uirtute discernere: eum ue nia indignum esse significat. ¶ Oliuo. Ole um oculis infusum quandā lippitudinem repre sentat: quam īfiliis dum parentes metuunt: eos a lectione auertunt. ¶ Grandia uerba mori turi catonis. Cato qui uticensis cognomen / qu ia se uticae interemit / adeptus est: profligatis iterum īn libya pompeianis / desperatis parti bus mori decreuit. Longa itaque oratione de animorum immortalitate ad amicos habita: lecto que de eadem Platonis libro: gladio se transfodit. In eius postea laudem Cicero librū scripsit. Caesar ~~alium~~ duos contra in calumniam ei us composuit: anticatonem que appellauit. ut cum alii plures / tum Appianus secundo bello rum ciuilium libro scribit. ¶ Insano magistro Valde sano ac docto In enim praepositio inter dum auget Virgilius. Turnus ut infractos ad uerso marte latinos. ¶ Quae pater adductis

sudans audiret amicis. Solebant parentes, ut nomen filiis compararent: ad eos cum aliquid recitaturi essent audiendos, amicos conuocare Sudans autem incertum est: an sermonis magnitudine solicitus: an metuens ne filius male recitet: an ob laetitiā apposite recitantis: an forsitan ob laborē in amicis cōuocādis. ¶ Iure et enim. Merito iure ait, ꝓpter aetatem puerilem. quam ludicra magis q̄ grauia uirilia q; delectant. ¶ Dexter senio & damnosa canicula In talis senio puncta sex. Canis uero unicum punctū cōtinet. Senionis autē iactus perutilis: canis dānosus erat. Propertius. Semper damnosi subsiluere canes. ¶ Angustae orcae. Orca uas est fictile, lata aluo: angusto ore ac fundo longiori collo: in quam inter ludentes pueros qui nucem iniecisset, uictor erat. Ab ea orcula diminutiuum deducitur. Cato de re rustica Cyminum: foeniculum: rutam: mentā in orculam condito. Ex ea quoq; nō nulli urceū atq; inde p diminutionem urceolū dici uolūt. ¶ Buxum torquere. Turbinem ex busso in oui similitudinem tornatum dicit. De quo. Tibullus Nanque agor ut per plana citus sola uerbere turbo: Quem celer assueta uersat ab arte puer

o. Tibu.

Haud tibi inexpertum. Bonarum artium ad uirtutem ducentium non es ignarus. Quibus uerbis ostendit: nisi desidiam euitarit, maiorem reprehensionem mereri: quam si litterarum & doctrinae ignarus esset. Curuos mores. Prauos atque distortos. Quae enim recta sunt, bona & utilia iudicantur. Quae que docet sapiens brachatis illita medis Porticus. Et plane philosophiae, recte que uiuendi praecepta cognosti qualia stoici docent. Athenis uero porticus stoa fuit: a qua & stoici, quoniam in ea conuenire disserere que solebant, sunt appellati. Haec quondam pesianactia dicebatur ex uaria & multae scientiae pictura Polygnoti teste Laertio in Xenone. In hac porticu Darii Xerxis q; persarum medorum que regis in graeciam transitus: & salaminium illud nauale proelium & turpis deinde fuga depicta erant. Brachatis medis. Brachas, femoralia non esse Galeottus martius recte sentit. Herodotus de persis libro quinto. Et genus pugnādi, eorum huiuscemodi est. Breues arcus ac breuia spicula: longas brachas: longas que in capitibus cristas: unde faciles captu sunt: gerentes in pugnam eunt. Diodorus quoque ubi de galatis frigii

Porticus q fuit Atenis

Stoa

Pesianacti

Brache

dis nationibus loquitur sexto uolumine ita scribit. Vestes ad terrorem intonsas ac coloris uarii ferunt: quas illi uocant brachas. Verum ut de longitudine uestium illi assenserim: ita expellibus tantum fieri iure negauerim. Nam & si in ponticis locis mala frigora hirsutis brachis arceri scribit Ouidius: non tamen ex pellibus eas fieri dicit: sed longioris uilli uestes intelligit: ut paulo ātea ex Diodori uerbis pcepimus qui intonsas brachas ad terrorem galathas ferre scribit. Praeterea in media india persia calidis regionibus: in quibus brachis utuntur, ex pellibus eas fieri non est credendum. ¶ Siliquis & grandi pasta polenta. Tenui facili que uictu contenta. Pythagoricam autem uitam describit: quae cunctis animalibus abstinens leguminibus & oleribus uescebatur. Polenta uero: ut libro octauo supra decimum scribit Plinius: uicenis contusi hordei libris: ternisque seminis lini, & coriandri selibra: salisque acetabulo, milio interdum addito fit. ¶ Et tibi quae samios diduxit littera ramos. Non te fugit etiam quemadmodum Pythagoras uirtutis uitiorum que uiam similitudine ipsilon litterae demonstrauit. Ea quidem a graecis ita

[Margin notes, manuscript:] uita Pytagorica; Polenta; descriptio uirtutis Ψ Pythago.

pingitur: ut in duos ramos aliquanto in dexteram longior discindatur. Samios autem ramos propter Pythagoram samium dixit: non quod litterae huius inuentor fuerit: sed quoniam hominis uitam in huius litterae formam primus diuiserit. Hominis enim primam aetatem incertam esse dicebat: quippe quae nec uitiis nec uirtutibus penitus inhaereret. Postea biuium ipsilon litterae a prima adolescentia incipere: quo tempore homines dextram aut sinistram uiam cum quadam electione capesserent. Huius uero litterae formam Palamedes: qui ad troiam pugnauit e gruū uolatu assumpsit ut Philostratus uolūine quarto refert. Quod & claudianus ōndit Pēdula ceu paruis moturae bella colonis Thracia cum tepido permutant strimona nilo Ordinibus uariis per nubila texitur alis Littera: pennarum que notis inscribitur aer. ¶ Laxum que caput compage soluta. Apertum somno caput propter caluarie suturas dixit. Quarum: ut Celsus octauo scribit: duae super aures tempora a superiore capitis parte discernunt. Tertia ad aures per uerticem tendēs occipitium a summo capite diducit. Quarta ab eodem uertice per medium caput ad frontē

Palamedes
[illegible]

oscitar

oscitatio
oscedo

procedit. ❡ Oscitat hesternum. Oscitando euaporat quod heri comedisti. Oscitare autem est os totum adaperire. Quod interdum excitatis a somno euenit: interdum & desidia quadam fit. Vnde & oscitatio & oscedo deducitur Agellius libro quarto. Sed cum ille deierasset inuitissimum se se & repugnantem oscitatione uictum: teneri que eo uitio: quod oscedo appellatur: tum notae iam destinatae exemptus est. ❡ Diffutis undique malis. Hoc oscitantibus propter suturas malarum accidit. Malae enim Celso auctore in summa parte singulas transuersas suturas habent: a mediis que naribus aut superiorum dentium gingiuis per medium palatum una procedit. Alia quae transuersa idem palatum secat. ❡ Est aliquid quo tendis? Proposuisti ne aliquem finem adquem pergas? an uero uagus & fluctuans erras? ❡ Et in quo dirigis arcum? A sagictario tractum est/signum quo sagictam dirigat inspectanti. ❡ An passim sequeris coruos testa que luto q;? An more coruorum nullo certo meatu uolantium per cenosam stratam que uiam duceris. Coruos autem pro prauis & a uirtute deuiantibus sine ullo respectu ponit. Iuuenalis. Dat ue

niã coruis/ uexat cẽsura colũbas. Nõ nulli quod luto & lapidib9 coruos isectetur: legũt. ¶ Hellebor; frustra cũ iã cutis aegra tumebit. Optima similitudine utitur. Sicut eni morbo ante quã uires ad augeat occurrẽdũ ẽ quoniã illi ingrauescit frustra remediũ adhibetur: sic uitiis ãteq̃ illis occupemur/ repugnandũ est. Nã ubi in animis nostris penitus insederint/ difficillime dimouentur. ¶ Ecquid opus cratero. Nihil op9 est desperata ualitudine Cratero magna proemia polliceri. Craterus quidem insignis medicus augusti tempestate floruit. De quo Horatius in sermonib9. Non est cardiacus Craterum dixisse putato. ¶ Magnos mõtes. Antiquum dictum in eos: qui nimis magna temere pollicentur. ¶ Aut metae quam mollis flexus. Per metae similitudinem admonet: ne a uirtute ad uitia dilabamur. Meta uero a metiendo dicitur: terminus que est ac signum/ quo cursus intenditur: ac circa quod curriculum aurigae uertũt. Moris enim erat septies metam lustrare. Propertius. Aut pri9 infecto deposcit proemia cursu. Septima quam metam triuerit ante rota. Hanc cõsuetudinem postea Domitianus: inuertit & a septena lustratione ad qui

nam redegit. Suetonius in eius uita. In his ci
rcensium die quo facilius centum missus p age-
rentur sigulos a septenis spatiis ad quina corri-
puit. ℟ Asper numus. Numi signo impressi
contrectando digitis asperi sunt. Contra non si
gnati, laeuigati & perpoliti sunt. Numus ue
ro: ut Aristoteles in ethicis refert: nō a natura
sed a lege: quae nomos dicitur: est inductus,
& ueluti subsidium commutandaꝝ rerum com
positus. ℟ Et humana qua parte locatus es in
re. Quo in gradu rerū humanaꝝ locatus sis.
& quam facultatē rerum optineas: ne plus mi-
nus ue facias q̄ cōditio tua ferat. ℟ Nec inuide
as quod multa fidelia. Nec liuore afficiaris, qu
od aliquem ditiorē te cernas: & qui penarium
multis rebus refetum: habeat: quas umbri
marsi q; cliētes sibi donarint ℟ Putet. Tandiu
seruata sit ut putorem grauē q; odorem redole
at ℟. In locuplete penu. In copioso atq; abun
dāti penario. Locuples uero locoꝝ plenus: quē
admodū pecuniosus a pecoꝝ copia: Assidu9 ab
asse dando cognominatur. Penus autē omne e
sculentum, poculētum q; significat. Penariū
uero locū itra domū in quo penus reponitur. Est
autē pen9 quartae declinationis in genere mascu
lino & foeminino. In neutro uero tertiae. Nam

hoc penus penoris ut pec9 pecoris facit. Horati9 primo libro epistolarum. Annonae ꝑsit: portet frumēta penusq;. Virgilius i masculino uel foe minino posuit. Cura penū struere & flāmis ado lere penates. ꝭ Vmbris. Vmbria regio ab apo enino ad hadriaticū usq; sinū ꝓtenditur: dicta quod inūdatione terrarum ibribus supfuerit. ꝭ Et pnae. A pede pna dicta ē cū toto pede sallita. Cato de re rustica. Et eo addito ūgulā de perna. Marsi monumēta clientis. Ob eā causā a clietib9 missa/ne e memoria patronorum excidat Monumētū eni ē quicquid de aliqua re nos mo net. Marsi uero populi ultra picenū pelignis & marrucinis uicini sunt. ꝭ Mena q;. Mena piscis ē colorē mutās. Candidae eni hyeme Pli nio teste sunt: aestate uero nigriores ꝭ De gēte hircosa: An iculta & horrida militantiū mere? An potius graueolēti & fetida cuiusmodi hirci sunt? ut pote quae libidinibus luxui q; itenta a disciplina militari degenerarit. ꝭ Arcesilas Scithi hic filius: patria pitane9: clar9 q; philoso phus fuit: & aetatis āno quito & septuagesimo obiit ꝭ Erūnosi q; solones. Laboriosi Studio eni sapiētiae dediti caeteris reb9 omissis multos labores pferūt: Ob quod erūnosi cognominātur Solon uero patria salaminius exerestidiae filius

athenis maxime claruit. Sed pisistrati tyrannidē fugiens in cypro tandē octogesimo āno aetatis moritur. ¶ Obstipo capite. Tristi: seuero ad terrā inclinato. Nā obstipi dicuntur quib9 colla rigent & in humeꝝ capita inclinata sunt. Exporecto labello. Labra interdū cōtrahim9: iterdū exporrigimus atq; extendim9. Qui autē interloquēdū uerba praepōderāt, labra quodāmodo extēdere uidentur. ¶ Gigni de nihilo nihilum Et Democritus abderites & Diogenes apolloniates & Epicurus & philosophi fere omnes nihil esse quod sui originem non habeat: neque quicquam exnihilo gigni posse: aut in nihilum id quod aliquid est conuerti posse scripserunt. Omnia enim ex aliqua re fieri necesse esse dixerunt: quoniam si quod defuit interiret in id quod non est: omnia iandudum interissent: cū ea non essent in quae dissoluerentur. ¶ Torosa iuuentus. Valens & robusta. Tori enim partes membrorū neruosae callosae q; & in se propemodum collectae sunt. Valerius flaccus. Protulit horrēdos q; toris informib9 artus. Quod & de uenis quoq; cū uaricū in morē quibusdā in locis turgescunt dicitur. Celsus in septimo. Ac per ipsos uenarum toros inaequale est. In her-

his quoq; eodem Plinius uerbo utitur. Nam de inula scribens ait. Breuior his est sed torosi or amarior que inula. Item de brassica. Alii in orbem porrecti: alii in latitudinem torosi. Item de asparagis / Qui caulem educens tempore ipso quo fastigatus est in toros stringi tur. ¶ Inspice. Incontinentiam desidis deli cati q; uiri carpit. qui cum paucorum dierum abstinentia sanari possit / cõtra medici praecep ta balneo ac uino utens in grauiorem morbum recidit: unde mors tandem consequitur. Inspi ce autem ab aegrotante ad medicum dicitur. ¶ Nescio quid. Vel aegroti parumquid morbi esse dicẽtis. Vel medici poti9 uerba sunt igno rare se quid inspiciat asserentis. ¶ Trepidat mihi pectus. Notae aduersae ualitudinis futu rae sunt: ut Celsus etiam libro secundo refert: si dolor praecordiorum est / aut totius pectoris aut si spiritus grauior est. ¶ Postquam tertia composita suidit nox currere uenas. Medicinae Persius non ignarus ea profecto ponit / quae ueteres medici obseruauerunt. Celso eni aucto re libro tertio / ubi corpus aegrotare incipit quanuis unam febris accessionem secuta inte gritas est tamen quia tertiana timeri po

test/expectandus est dies tertius : & ubi acces
sionis tempus praeterit / cibus dandus est sed
exiguus : quia quartana quoque timeri potest.
Hic autem die tertia cum uideret febrim non
reuertisse / tanquam omni periculo liberatus ad
pristinum uictum & incontinentiam rediit.
¶ Modice sitiente. Cui ad summum labrum
parum desit. ¶ Lenia surrentina. Tiberius
caesar : ut scribit quartodecimo libro plinius :
consensisse dicebat medicos ut nobilitatem sur
rentino uino darent. Surrentini autem montes
in campania uicini massicis gauranisq; collibus
sunt. ¶ Heus bone tu palles. Medici uerba
sunt ne se lauet : ne ue largius uino utatur / quo
niam palleat. ¶ Nihil est. Valitudinē aeger
dissimulat / quo possit solitae incontinentiae in
dulgere. Videas tamen. Admonet medicus
quis a morbo liberatus sibi ipsi uideatur : caue
at tamē quoniam cutis ei⁹ tacite intumescat
¶ At tu deterius palles. Medico conuiciatur
praemonens ne sibi tanquam custos & tutor sit
¶ Perge tacebo. Nullū se ulterius uerbū factu
℞ pmittit medicus. ¶ Turgidus hic. Ex per
sona sua poeta loquitur ostendens hunc tan
dem ob incontinentiam interisse. ¶ Gutture

sulphureas lente exhalante mephites. Ructus & exhalatio crudi stomachi signa sunt. Mephitis autem cum terrae putor sit ex aquis maxime sulphuratis atque etiam corruptis proueniens / per translationem ad grauem ructuatio nis odorem rettulit. ¶ Calidum que trientem Et si triens est tertia assis pars: pro calice tamē hoc loco ponitur qui tertiā sextarii partem continet. Calidum uero dixit: uel quia tandiu calicem manibus potando ante tremorem aduē tantis febris tenuerit: ut eum calefecerit. In quo summa arte longam eius potationem incō tinentiam q; reprehendit. Vel ad calidam potionem rettulit. Iuuenalis. Quando uocatus adest calidae gelidaeq; minister. ¶ Hinc tuba t Funera ad tubam efferebantur. Virgilius de pallante. It caelo clamor que uirum clangor que tubarum. ¶ Beatulus alto compositus lecto crassis que lutatus amomis. Beatum ut scribit Plinius hominem etiam in morte luxuria fecit adhibens urendis defunctis pretiosa aromata: quae deorum sacris conueniebant. Lutatum autem pro oblito & unguentato ponit Cadauera enim uariis aromatibus cōdiebantur: amomo praesertim: cuius uua ī uite per simili

labruſcae in india naſcitur / frutice uenoſo / palmi altitudine. Oritur & in armenia & in ſyria & in media & in ponto. ſ In portam rigidos calces extendit. Cadauera antericribus pedibuſ efferuntur: ut interituſ ortui contrariuſ demõſtretur. ſ Heſterni quiriteſ. Heſterna die morte domini liberati & quiritium ius adepti ſ Capite induto Pileato. Nam libertatiſ inditinm pilei geſtamen erat. ſ Tange miser uenas. Ab infirmitate corporiſ: unde propter aegroti incontinentiam morſ tandem hominiſ ſecuta eſt; ad aegritudinem animi trãſit: qua animuſ demerſuſ in uitiis moritur. Medicũ uero inducit adoleſcẽtis auaritiam libidinẽ guloſitatẽ iracundiam: ob quae uitia inſaniat: reprehendentem. ſ Nil calet hic. Nullum in te febricitantiſ calorem ſentio. ſ Non frigent. Nullum aduentantiſ febriſ inditium uideo. Solet enim griguſ febrim praecedere: ac tunc extremae parteſ priuſ frigere incipiunt. ſ Viſa eſt ſi forte pecunia. Tuum inquit morbum cognoui. Ipſe enim ſano corpore es: mente uero non bene uales. Nam & auaritia & libidine aeſtuaſ. ſ Poſitum eſt algente catino durum olus. Haec perinde accipienda ſunt ac ſi adole-

ſcenſ uiles dapeſ repudiaſſet : ſe que appetitum non habere dixiſſet. Quod ex eo medicus di cit accidere : quoniam cibos uiles faſtidiret. ❡ Argente catino. Vel quia ferculum in cati no refrigeratū eſſet. Vel quod melius eſt ad ſa porem rettulit. Catino enim quod nō lauti fer culi erat attribuit. ❡ Et populi cribro de cuſſa farina. Plebeii ac tenues non ex molli ſiligine facto / ſed pane ſecūdario utebantur. Qui eni pauperes ſunt / rarioribus cribris utuntur : quo plus panis & furfuris minus conficiatur. Cribro rum autem genera plura ſunt. Galliae enim auctore plinio ſetis equorum inuenere thiſpania lino excuſſoria & pollinaria : aegyptuſ e papi / ro atq; iunco. Farinā uero a farre denominatā no mine ipſo apparet. ❡ Tenero latet ulcus in ore. Guloſitatē eiuſ oſtēdit quae nō niſi lautiſ cibis expleri poſſit. Vlcuſ uero clauſa ē & tecta itra cu tē malignitaſ. ❡ Algeſ Cū metu pecuniaꝝ uel libidinis afficeris tūc frigeſcis. ❡ Timor albus. Pallidus abeffectu. Timor eni pallorē inducit cū ab exteriorib⁹ partibuſ ad praecordia ſanguis re / currat. ❡ Ariſtas. Pilos qui inhumano corpore uel ut ariſtae in grano ſunt. Ariſta eni ut acuſ te nuiſ longa eminet e gluma. Atque ut uarroni

Varroni primo de re rustica libro plaet dicta est quod arescit prima granum gerendo. Excussit uero quasi excutiendo erexit. Vt Steterunt q; comae & uox faucibus haesit apud Virgilium ¶ Nunc face supposita feruescit sanguis. Adolescentem irritatum atq; ira commotum significat. ¶ Dicis q; facis q;. Eum quoq; ob superiora uitia insanire ostendit.

QVARTA SATYRA.

r Em populi tractas. Adolescentem ambitiosum reprehendit: qui cum libidinosus & mollis esset: itrorsum turpis & pelle decorus rem puplicam gubernare anre matutos ãnos studeret. ¶ Barbatum magistrum. Barbati ꝓ studiosis uiris & philosophis capiuntur. Iuuenalis. Barbatos licet admoueas mille inde magistros. ¶ Sorbitio tollit quem dira cicutae. Socrates atheniensis philosophus Sophronisci & Phaneretae filius accusante Anito capitis dãnat⁹ sorbitionẽ cicutae hausit. Quae ut Plini⁹ sexto & uigesimo libro refert: uenenũ ẽ publica atheniẽsium poena iuisa. Quod & Iuuenalis de athenis ostẽdit

Nil praeter gelidas ausae conferre cicutas. Est uero cicuta herba caule uiridi altiore saepe binis cubitis in cacuminibus q; ramoso: foliis coriandri tenuioribus: graui odoratu: semine aniso crassiore: radice concaua nullius usus. Nā semini tantum & foliis refrigeratoria est uis. ¶ Magni pupille pericli. Alcibiades ut Plutarchus asserit: arcto gradu ꝑpinquitatis Pericli coniunctus erat: sub cuius tutela mortuo Clinia patre fuit. ¶ Scilicet igeniū. Scilicet cum derisu ꝓnuntiandū ē. Ostēdit enī rez agēdaꝝ scientiā ante annoꝝ maturitatē nō accedere. ¶ Velox. quae ꝑfecto uelox esset, si tibi iuueni inesset. Prudentia enim longo temporis interuallo plurimaꝝ rerum usu & experientia gignitur. ¶ Ergo ubi commota. Quando populum commotū atq; iratū inspicies oratione tua sedare cupies. ¶ Maiestate manus. Manu annuimus cum populo significam⁹ ut sileat atq; orare uolentes audiat. ¶ Quirites. Et si quēdā ueluti Socratē atheniensem ad Alcibiadē loquentē induxit: tamē cū de romanorū iuuenū ābitione libidine mollitieq; loquatur iure quirites ꝓ atheniensib⁹ nominauit. ¶ Hoc puta. Prisciano auctore quītodecimo libro pu

ta legendum est. Quod quidam aduerbiū esse uolūt. Atq; ideo. a. persium corripuisse: cū ita & puta corripiantur. ❡ Scis & enim iustū A trutina translatio cū aliquid ꝑpenditur facta est. ❡ Rectū discernis. Nosti etiā rectum ab i torto dignoscere. Quod a fabris & architectis assumptū est. ❡ Et potis es nigrū uitio praefi gere theta. Et tantum auctoritate ac eloquen tia uales: ut possis populo ac iudicibus persua dere aliquem ut uitiosum interimant. ❡ Ni grum theta. Tau & theta graecorum litte- rae sunt. Sed Tau absolutionis signum & salu taris nota est: ut in ezechiele legitur. Et signa Tau super frontes uirorum gementium. The ta uero damnationis & mortis. Martialis. Nosti mortiferum quaestoris castrice signum Est operepretium discere theta nouum. ❡ Quin tu igitur. Cum quae a me superius nar- rata sunt facere nequeas: & extrinsecus comp tus atque decorus: intrinsecus uero turpis & malus sis: cur non rem puplicam gubernare an te maturum tempus desistis? ❡ Caudam iac tare. Blandiri & adulari. quod a canibus tra ctum est. ❡ Blando popello. Vel populo qui semper ditioribus & potentioribus blanditur.

Vel cui eblandiendum sit in suffragiis & ma-
gistratibus de mãdandis. Anticyras melior
sorbere meracas. Aptior hellebori puris & sim
plicibus potionibus in saniam tuam purgare,
quam p summã ambitionẽ ante tẽpus temerita
ti populi te subiicere. Anticyram uero pro hel
leboro posuit, quoniã in anticyra maxime su-
meretur. Helleborꝝ enim: ut Strabo uolumi
ne nono scribit: quanuis in multis nascatur lo
cis: tamen circa urbem anticyram in phocide
optime praeparatur. Quo frequentes olim ad
ueniae purgationis causa nauigabant. Horatius
Nauiget anticyram. Quae tibi summa boni
Interrogat qua in re summũ suum bonũ reponat
Vncta uixisse patella. Putas ne lauto para-
tu uiuere: corpus que bene curare summum ho
minis bonum esse? Atque haec perinde ac si
adolescens ita dixisset, ponit. Expecta. In
dignatum discedentemque iuuenem remoratur
. I. nunc. Postquam eum admonuit, prae
tereuntem aniculam nõ aliter responsuram fuis
se: ei potestatem eundi facit. Dinomaches
ego sum. Subiratus Alcibiades quod eum So
crates illi aniculae cõpararit: se a Dinomache
clarissima foemina multum ab anu illa diffmi

li genus ducere: ac ꝓpterea se nobilem esse magna cum indignatione ꝓnuntiat. A Dinomache uero maternum genus Alcibiadi Plutarcho auctore fuit. ¶ Suffla. Separatim legendum est. Quod a uentosorum hominum consuetudine sumptum est: qui buccas inflare, spiritumq; emittere superbiētes solent. ¶ Sum candidus Se quoq; a pulchritudine commendat. ¶ Esto Concedatur te generosum formosumq; esse: dummodo baucis īterrogata qua in re summum bonum esse existimet: deterius te non respondeat. qui illud in bonis tantum fortunae ac corporis posuisti. Non desunt qui aliter ordinent. I. nunc o alcibiades & extolle ac iacta te, quod & a Dinomache genus trahas & formosus sis. ¶ Baucis. Inopis atq; ignobilis foeminae nomen ē: quā pannuciā uilibus pānis indutam uocat. ¶ Discincto uernae. Desidi ac luxurioso. Vernae autē ex ancilla domi nostrae geniti serui sunt a uere denominati: quoniā id āni tempus foeturae: ut ait festus: maxime conuenit: ¶ Cantauerit: Vel alta & clara uoce: ut moris est olera ꝑ urbem uendentium exclamarit: Vel ut ebne uendat, laudauerit: Horatius Laudat uenales qui uult extrudere merces: ¶ Ocy,

Baucis

ma. Ocymum herba hortensis est: quod cito
nascatur dictum ut Varro scribit. Ocys enim
graece / cito latine significat. Discinctoꝝ autē
& molliū uiroꝝ est eiusmodi bene olentes her
bas manu gestare. ¶ Vt nemo in se se tentat
descendere nemo. Cum admiratione legendū
est / neminē sua uitia reputare: cū aliena diligē
tius pscrutetur. In dictione autē nemo cōdupli
catione utitur ad maiorē admirationē / affectꝰ
q; sui expressionē in legentiū animis imprimen
dā. ¶ Sed pracedenti spectatur mantica tergo.
Sed alioꝝ semp uitia cernimꝰ. Ab Aesopo scri
bitur duas manticas homines habere: unam q;
prae se: alterā pone ferre. Aliorū uitia in ante
riorem immittimus: atq; ideo aliena facilius
cernimus. Nostra uero in posteriore mātica re
ponentes / ea inspicere negligimus. Catullus.
Sed nō uidemꝰ māticae quod ītergo est. Item
Horatiꝰ in sermonibꝰ. Respicere ignoto discet
pendentia tergo. Est autem mantica numeroꝝ re
ceptaculum: ut Asconius in secundam uerrinā
refert. Quae tamen ꝓ pera īterdū Porphirione
auctore ponitur. ¶ Quaesieris. Exemplo ꝓ
bat neminē uitia sua inspicere / cū aliena linceis
oculis plane cernat. Dicit enim. Si quaesieris

ab aliquo an Vectidiū norit; stati ut ille se eū cognoscere dixerit / eū auaritiae argues. ¶ Cuius? Eius qui interrogatur an Vectidium noue rit responsum est: quaerētis quē Vectidium di cat. Plures enī eodem nomine uocabantur. ¶ Diues arat. Respōdet interrogator eum se Ve ctidium dicere: qui multa praedia curibus arat ¶ Quātum non miluus oberrat. Qui tot agri iugera in sabinis arat / quot miluus nō circunuo let. Iuuenalis. Tot miluos ītra tua pascua las sos. ¶ Hunc ais. Interrogati responsio. Ais ne hunc Vectidiū: quasi ostendat se eū ꝓbe co gnoscere. ¶ Hunc dis iratis. Qui primū de Vectidio quaerere coeperat / haec omnia quae sequuntur de eo enumerat. ¶ Hunc. Eclipsis figura ē. Dico enī uerbū extrīsecus subaudien dū est. ¶ Qui quandoq; iugū ptusa ad cōpita figit. Qui ita auarus est; ut arando etiā incō pitis aratrum figat: atq; aliq̄ partē attritae ui ae aratione comminuat. Sunt qui ad cēpitalia referentes: dicant eum ita auaꝝ esse: ut cum compitalia sacra fierent: caeteris feriatis ipse anteq̄ ad sacra pgeret / terrā araret: atq; subin de cum bobus & aratro ad sacrificium post arati onē accederet. ¶ Pertusa cōpita. Frequentia

hominũ pedibus attrita. Sunt eni cõpita / loca: in quae multae uiae cõpetant. ſ Seriolae ueterẽ metuenſ deradere limum. Summam hominiſ auaritiã maximo artificio uerbo℞ expreſſit. Oſtendit eni eũ non audere ne paruũ quidem uini cadum relere: quod multos annos ob auaritiã in cellario ſeruarit. ſ Veterẽ limum Vaſa uel argilla: quã nunc limũ appellat: uel pice: uel reſina: uel gypſo obturabantur. ſ Hoc bene ſit. Verba haec tanq̃ a Vectidio dicta ponũtur. Nam cũ ueteris uini cadum regypſare non auderet: aliud deterius uinũ potãs: quaſi p auaritiã ingemiſcens ſi melius uinũ aſſumeret deterrimo uino ſumpto / hoc bene ſatiſq; ſit dicebat. ſ Tunicatum cepe. Quod tunicas multas circum ſe habet. ſ Ollam farratam. Ollam farre plenam. Quo cibo pueri nimis parco uictui aſſueti / tanq̃ lauto & opiparo laetabantur. ſ Morientis aceti. Deficientis / acrimonia q; carẽtis. Quanto eni acrius / tanto melius acetum eſt. ſ At ſi unctus ceſſes. Quẽadmodũ inquit tu Vectidii auaritiã reprehendiſti: ſic aliquis ſi mollis deſeſ q; fueris te reprehendet. ſ Et figas i cute ſolẽ. Fricando enim corpus atq; unguentando ad ſolẽ cutis penetratur. ſ Ignotuſ. Quem ipſe non uideas

cum atergo ꝓpe te ſit ˣ ꟗ Cubito qui tangat ˣ
Aliquē cui uitia tua palam faciat ˣ ꟗ Et acre de
ſpuat in mores ˣ Acriter inuehatur in mores tu
os ˣ ꟗ Pene q; arcana q; lumbi rūcante ˣ Velli
cante ac depilantē uirile membrū & oſcenos lo
cos : quo glaber & ſine pilis circa inguina ſis ˣ
Runcare autē a ruſticis tranſtulit : cū herbas fru
gibus noxias auellere atq; ſarrire ſignificet ˣ ꟗ
Marcentes pandere uuluas ˣ Vt pandaſ ac prae
beaſ ˣ Vulua uero mulieris tantum eſt ˣ Sed ꝓ
pter coitum ſatyrica mordacitate cinaedi podi
cē uuluae munera peragentē / uuluā appellauit
ꟗ Tu cum maxillis ˣ Turpitudinem eiuſ car
pens interrogat cum barbam nutriat / cur ig ui
na uellicet & abradat ˣ Moriſ autem ueteꝝ fu
it barbam nutrire : cum ante ſuperioriſ africani
tempora tonſores in urbe non fuerint ˣ ꟗ Bala/
natum gauſape ˣ Barba ungentata ˣ Balanus
enim in ter precioſa unguenta ponitur ˣ Hora
tius ˣ Preſſa tuis balanuſ capilliſ ˣ Gauſape ue/
ro militare ſtramentum eſt : quod ꝓ lecto in ca
ſtris ſternebatur ˣ Pliniuſ octauo ˣ Antiquiſ
enim toruſ e ſtramento erat : qualiſ nunc eti/
am in caſtris gauſape ˣ Hoc cum uilloſſum eſ/
ſet : a uillorum pilorum que ſimilitudine gau

ſape pro barba poſuit. Detonſus curgulio.
Via patens in gutture: per quam ſpiritus at
trahitur atq; emittitur Curgulio eſt: A cuius
ſimilitudine in oſcenis eã partẽ appellat: quae
a pene ad anum eſt: per quam a lumbis ſemen
humanum ut per curgulionem ſpiritus fluit.
Quidã ꝓ pene in curgulionis uermis formã ſe
uel contrahentem uel extendentẽ accipiunt.
Non nulli anum ab aſpectus oſcenitate intel
ligunt. Quinq; palaeſtritae. Quanuis qu
otidie te expiles: nõ tamen circa inguina gla
ber eris: queãdmodũ nec filix ab agro penitus
aratione diuellitur. Plantaria. Quoniam
palaeſtritae uiri robuſti ſunt a palaeſtra & lu
ctatione cognominati: propterea ne ualenti
bus uiris paulum quid uellendũ daret: plan
taria p tranſlationẽ ꝓ pilis dixit. Sunt autẽ
plantaria ipſae plantae nõ in arboribus, ſed in
terra natae: quae cũ radicicibus & terra propri
a transferuntur Eliſas. Depilatas & p poli
tas. Vi enim pili euelluntur. Quidã elixas
legunt, quaſi aqua calida madefactas: ut pili
facilius uellicerentur. Forcipe adunca. Qua
pili ipſi auellũt. Forcipes enĩ quaſi foruicapes
dictae ſunt: quibus forua hoc ẽ calidacapiũtur

Virgilius octauo. Versant q; tenaci forcipe massā. Forfices uero sunt quibus incidimus. Caedimus in q; uicē praebemus crura sagictis. Et ipsi alios reprehendimus: & nos quoq; inuicem accusitioni alioꝝ subiicimur. Inq; uicem. Themesis figura est: quae fit quotiens uerbū aliquod simplex uel cōpositum diuidentes, unam uel plures dictiones iterponimus. ut septē, subiecta trioni. Viuitur hoc pacto. Vt alter alterius errores carpat. Sed lato balteus auro ꝓtegit. Sed hoc tuū scelus ab opibus & diuitiis tegitur. Quia uero ilia dixit: ꝓpterea baltheo tegi subiunxit. Nam baltheus cinguli genus cū latū sit, ilia ipsa operit: quae sub lateribus supra coxendices sita sunt. Vt mauis da uerba & decipe neruos. Hac tuae nobilitatis uētositate, decoroq; habitu decipe populū & qui te intus nō nouerit quantum uelis. Neruos enī & grauiores uiros & qui te intrinsecus noscunt nunquam decipies. Quidam neruos ueritatem ipsam itelligunt: quae plurimum habet uirium & neruorum. Da uerba. Dare uerba decipere est. Terentius. Cui uerba dare difficile est. Egregium cum me uicinia dicat non credam? Haec cum asseueratione pronuntianda sunt.

Respondet enim adolescens. Non ne populi iudicio de me credā / si me egregiū esse dicat? Viso si palles. Respōdentis admonitio est: frustra se quēpiā egregium esse putare / licet ita iudicetur a uulgo: nisi ab auaritia & libidine ꝓcul sit. Amarꝫ penem. Hoc ideo dictum est quoniam amaritudini semp uenus cōmixta est. Unde & acidaliae cognomen ꝓpter curas solicitudinesq; ac amara tedia meruit. Si puteal multa cautus uibice flagellas. Sensus est. Si grauibus usuris debitores affligis. Dicit enim. Si in exigendis pecuniis cautus tam iugiter ad tribunal praetoris accedis debitores accusans / eosq; ad solutionē cogens: ut puteal ipsum frequētia & acerbitate tua caedere uidearis: frustra credes populo te egregium praedicanti. Nā puteal praetoris tribunal subselliumq; est. Horatius. Forꝫ puteal q; Libonis mandabo siccis. Respue quod nō es. Omissa ambitione atq; aura populari / uirtutem sequere: teq; ipsum cognosce. Tollat sua munera cerdo. Suas uulgus auferat laudes. Nam cerdones uiles homines sunt lucrum sectātes. Cerdos enim lucrum significat.

SATYRA QVINTA

u atibus hic mos est. Diuersa hominũ stu
dia esse demõstrans. Cornutũ praecepto
rẽ suũ philosophia delectari scribit. Cui nõ ni
si qui liber sit, possit icumbere. Libertate uero
i animo esse ꝓbat. Hiãda moesto tragoedo.
Cũ hiatu ꝓnuntiãda. Moesto autẽ dicens ad na
turã allusit tragoediae: cui9 cũ luctuosus exit9
sit: tragoedus quoq; moestus ac tristis ꝑ cõditi
one ꝑsonae iducitur Ab iguine. Parthi sagic
tis i ꝓelio maxime ualẽt: quas fugientes iterdũ
i hostes iaciũt. Quoniã uero pharetra ab hume
ris pẽdens coxis lateriq; illudit ob id ait ab igui
ne sagictas educere Quorsũ haec? Interrogat
cur centũ sibi ora potae iuocent: cũ, ut ait Ho
rati9: nisi locus exigat, fieri nõ deceat. Quã
tas ofas. Hoc i uituperationẽ scribẽtis dicitur
qui nimiũ & i fletur & turgeat. Grãde locu
turi nebulas helicone legunto. Res grandes
scripturi nebulas hoc est isflata & iania uerba ex
helicone sumẽtes, musas iuocẽt. Siquib9 aut
ꝓgnes, aut siquib9 olla thyeste feruebit. Siqui
tragoedias de ꝓgne, atreo q; describẽt: qui pa
rentibus filios in olla decoctos i cibum apposue
rũt. Progne eni Pãdionis athenaꝝ regis filia,
Terei thracum regis uxor, philomenae soror fu

it. Quam cum a tereo marito suo per uim stu
pratam cōperisset : itim filium ei comedendū
apposuit. Atreus uero Pelopis filius grauiter fe
rens Thyestem fratrem cum Europa uxore sua
cōcubuisse : eius liberos interfecit : decoctos q;
epulandos parenti dedit. ¶ Insulso coenanda
gliconi. Quoniā ollam feruere dixerat : i tran
slatione uerbo℞ perstans coenandā ꝓ recitādi
subiunxit. Glico uero tragoedus tepestate ne
ronis fuit. ¶ Tu neq; anhelanti. Cornutū lau
dat : qui āpullositate uitata mediocritatem sū
mo cū artificio ꝓsequatur. Quod ex Horatio.
trāstulit. At tu cōclusas hircinis follibus auras
Vt mauis imitare. ¶ Scloppo. Inflatis spiri
tu buccis son9 qui inde emittitur : scloppus dici
tur. Bucca uero ea pars ī facie supra mentū ad
oculos est quae spiritu iflatur. Horati9 primo
sermonū. Quid causae est merito quin illis iu
ppiter ābas Iratus buccas iflet? ¶ Ore teris mo
dico. Ore modesto limas & corrigis. Modicū
enim modestū amodo significat. ¶ Pallētes mo
res. Malos. Vitia eni pallorē generāt. Horati9 ī
epistolis. Nil cōscire sibi : nulla pallescere culpa
¶ Radere. Signatis uerbis facilitatē Cornuti ex
primit; qui nō grauius caederet sed leniter cerni

peret delinquentes. ❡ Ingenuo culpam defige re ludo. Lenitate pfacili & liberali ac suaui oratione reprehendere. ❡ Hinc trahe quae dicis. Haec ad se ipsum poeta loquitur: ut qui tragoediis / turgiditatibusq; neglectis hanc Cornuti modestiam in satyra describenda sectari uelit. ❡ Nō equidem hoc studeo. Tragoediis ludicrisq; omissis se satyrā scriptuꝝ ostendit: quā ei diligentius emendādā cōmittit. ❡ Pullatis nugis. Quoniā i tragoediis flebiles illustrium ꝑsonaꝝ exitus cōtinebātur: histriones quoq; aliqui cum pulla ueste iducebantur Pullū autem nigrum significat. Virgilius. Ne maculis ifuscet uellera pullis. ❡ Dare pōdus idonea fumo. Vel res leues apta stili magnitudine illustrare. Vel digna quae icendio consumatur. ❡ Hortāte camena. ut hanc meā satyrā tibi excutiendā atq; emendādā praeberem anteq̄ aederē Camenae uero musae sunt quasi canenae a canendo cognominatae. ❡ Quātaq; nostrae pars tua sit cornute animae. Hoc nō solum ad amorem sed ad doctrinā etiā refert: cum ōnem scientiā suā ab eo emanauisse ꝓfiteatur ❡ Pulsa dignoscere cautꝰ. Doctꝰ amicum fictum a uero & peritū ab imperito probe discernere. Quod translatum ab em

ptoribus uasorum est : an solida sint pulsatione dignoscentibus. Pictae tectoria linguae. Fucatam & dolosam orationem p eandem traslationem itelligit. Tectoria enim sunt cum calce aut gypso parietes & eiusmodi caetera obliniuntur & laeuigantur ad maiorem spectantiũ gratiam & decorẽ. Hic ego centenas. Ad singularem amorẽ suum erga cornutũ significadum cẽtum ora sibi audere deposcere scribit. Quod superius ipoetis iania scribentibus icrepauit. Sinuoso pectore. Amoris gratiae q; capaci. Sinus enim quodcũq; iflexus curuitatesq; cõtinet appellatur. Resignent. Aperiãt & denudẽt. Na signare signum apponere & occludere. Resignare autem aperire significat. Cum primũ custos. Postq̃ ex ephebis discessi : me tibi coniunxi ; tuamq; institutionem secutus sum. Pauido mihi. Pedagogum magistrumq; timẽti. Custos purpura. Praetetxam intelligit. Quae simul cum bulla i usũ nobilium puerorum usurpata est. Dependebat autem bulla : hoc est monile antiquum ornamenti genus, quod collo gestabatur, a pectore : ut puerilem aetatem alterius consilio regendam esse ostenderet. Eius forma in bullarum morem rotunda erat.

A cuius rei specie Plutarcho auctore in pblema
tibus dicta est. Est uero bulla tumor quidam
excrescens. Vnde & diminutiuũ bullula deriua
tur. Celsus secundo de urina scribens. Aut si
quasdam quasi maculas representat: aut si bul
lulas excitat. Quin & bullo uerbo idẽ post pa
ulo utitur. Aut si bullat / aut si male olet. ¶
Laribus donata. Generosi adolescentes pueriti
ae annos egressi auream bullam laribus suspẽde
bant. Horatius in sermonibus. Donasset iam
ne catenam ex uoto laribus quaerebat. Laribus
uero Seruius tullius primus omniũ cõpitalia &
ludos instituit: quod ĩ regia cubanti puero caput
arsisse uisum: creditum q; laris familiaris filiũ.
Ab augusto postea iidem ludi renouati: laresq;
in compitis positi: & libertini sacerdotes dati
sunt: quos augustales appellauit. Lares autẽ
dii domestici Maniae deae filii sunt & caninis
pellibus plutarcho auctore induuntur: quasi ide
o succingũt ut expeditiores promptioresq; sint
Nam diligentes exactores uniuscuiusq; uitae su
nt: & humanarum actionum speculatores:
scelerum q; ultores. Quapropter & canes iuxta
eos assident: quoniam ad inuestigandum saga
ces sunt. ¶ Suburra tota. Suburra regio romae

est: dicta ut Varro scribit: uel quod sub terreo carinarum muro esset. Vel quod fuerit sub antiqua urbe. Vel potius a pago succusano / sic dicto quia succurrit carinis. Haec iuxta carinas celio monti coniuncta erat. Suburram autem pro uiris suburranis / continens pro contento ponit. ❡ Iam candidus umbo. Cum iam id aetatis essē: ut i militiam scribi possem. Vmbo eni curuitura scuti est: quam tamen pro scuto ponūt. Tyrones uero albis scutis utebantur ad eorum nouitatem tyrocinii demonstrandam. Virgilius. Parma q; inglorius alba. Contra ueterani & strenui milites picta scuta gestabant. ut apud eundem poetam. Et picti scuta labici. ❡ Ramosa in compita. Hoc propter Pythagoram dicit: qui hominis uitam in ipsilon littera e formam diuisit. ❡ Trepidas mentes: Ambiguas an uoluptatum quae lata & plana est: an uirtutis / quae arcta & ardua / uiam sequantur: Apposita intortos extendit regula mores. Rectam institutionem cornuti laudat: qui tanta facilitate ac tali regula intortos iuuenum mores ad uirtutem dirigeret: ut ipsi eius praecepta libenter admitterent. ❡ Artificem uultum. Artificiosum. nam artificem pro eo quod arte

pfectum est posuit. Quae translatio ab his qui fingunt imagines sumpta est. ¶ Laxamus seria. Seuerioribus interdum studiis ad mensam depositis iocos & sales modeste inspergimus: ¶ Non equidem hoc dubites. Mutuum hunc amorem a sideribus nasci uult: quod sub geminis natus uterq; sit iouis benignitate, saturni malitiam superāte. ¶ Aequali libra. Parcam dicit aequa lance ac libratione utriusq; horam suspendere: Libra uero, quae & as & mina dicitur duodecim unciis constat: & ab ea librare deliberare q; ducitur: ¶ Fidelibus: Nobis qui mutuo inter nos animo fidi sumus. ¶ In geminos. Castorem & Pollucem maxima concordia inter se iunctos Iuppiter parēs caelo intulit quos geminos posteritas nominauit. Horum stellae salutares sunt in medio aestiuo solstitio iuxta cancrum locatae: Varro tamen de re rustica libro secundo Apollinem & Herculem deos appellari geminos autumat. ¶ Nescio quod certe est. Scio equidem propitio quodam astro me tibi coniunctum esse; quod tamen illud sit ignoro. Astrum uero graecum est: quod sidus latine dicitur. Plures autem stellas significat: quae aliquod signum componant: ut gemini:

lyra : corona & quaecunq; alia formarum genera in caelo notantur. Interdum tamen sidus pro stella unica reperitur. ¶ Mille hominū. speci es. Diuersa hominum studia esse monstrans / Cornutum philosophia teneri dicit : cui non ni si qui libero animo sit : studere possit. ¶ Pal lentis cumini. Cuminum & satiuum & silue/ stre est quaternis aut quinis folijs ueluti serratis multis aegritudinibus magno usui. Sed pallo rem bibentibus gignit. Horatius primo epi/ stolarum. Quod si pallerem casu biberent exā gue cuminū. ¶ Irriguo mauult turgescere som no. Bene saturati pleniores somno tumescenti bus uenis fiunt. Virgilius inbucolicis de Sile/ no. Inflatū hesterno uenas ut semp iacho Irrigu um autē somnū dixit/quod membra in riui mo rē campos praeter labētis irrigat. ut Fessos so por irrigat artus apud eundē poetā. ¶ Hic cā po idulget. Martium campū intelligit : inquē honoris & dignitatis cupidi magistrat9 petituri descendebant. ¶ Hunc alea decoquit. Deco/ quere est solutione creditoribus impedita fidē concidere. Quod persaepe euenit aleae lusum sectantibus. ¶ In uenerē putris. Nimia uenus corpus debilitat & resoluit. ¶ Lapidosa chira

gra. Podagra pedum: chiragra manuū dolor est. quam lapidosam propter excrescētes tumores dicit. ❡ Fregerit. Ita enim quandoq; podagra distorti sunt: ut infracti esse uideantur. ❡ Tunc crassos. Tunc queruntur in rerū ignoratione tanq̄ in tenebris se uixisse. ❡ Fruge cleantea. Philosophica disciplina. Cleantes enī asius philosophus phanii filius plurimos libros in stoica secta cōposuit. ❡ Miseris q; uiatica canis. Senectuti: quae canitie capillorum significatur. Est uero p molesta miseraq; rudibus & indoctis uiris senectus: nisi philosophiae uiatico, tutissimoq; praesidio subleuetur. ❡ Cras hoc fiet. Ostendit multos mortales diē ex die protrahendo nunq̄ ad doctrinam uirtutis alumnam incumbere. ❡ Quid quasi magnum nēpe diē donas? Interrogatiue cū quadam commiseratione per parenthesim legendum est. Dicit enim. Cur hunc diem incipiendi certum finem cognoscere, quasi magnum quid sit tantum differs? Nempe uero cōfirmatiuum aduerbium est. ut nempe hoc assidue. Iam cras hesternū Cras respectu diei exacti dicit. Est enim ex aduerbio nomen factum. ❡ Nam quanuis propete. Optima similitudo a curru trāslata. Qua

nuis enim inquit te cras incoaturum semper di
cas : nunq̃ tamen incipies . quemadmodum e-
uenit in quadrigis : in quibus secundi axis rota
licet priori semper istet , eam tamen nunq̃ con
sequitur ¶ . Vertentē cantum . Ferrum quo ro
tae extremitates uinciūtur cantus auctore Qui
tiliano in primo dicitur . ¶ In axe secundo .
Quadrigae duos rota℞ ordines cum habeant ,
duplici quoq; axe uertuntur . Axis uero stipes
teres est : circa quem rota uersatur . ¶ Liberta
te opus est . Ad certum finem animi consequen
dum , recteq; philosophandum libertate animi
opus esse demonstrat . ¶ Velina tesserula . An
quia ius suffragio℞ in tribubus habentes , mu-
nera a diuisoribus capiebant ? An potius ad cae
sarum morem respexit : qui frumentum quan-
doq; populo diuidebant ? Velia uero regio in
urbe est palatino monti coniuncta . In qua Va
lerii publicolae domus : & uictoriae deorum q;
penatium aedes erat . Dicta autem uelia est ,
quod ibi pastores palatini uellere lanam sint so
liti . Prisci enim ante tonsurae usum lanam ue
llebant . Vnde & uellera nominantur . ¶ Pu-
blius . Publii praenomine liberum ac quiritem
esse ostendit . Verum non hanc corporis liberta

tem ad sapientiā satis esse declarat. ¶ Tesserula. A tessera mensurae genere diminutiuum tesserula fit. Quae interdum & simbolum bellicum est: quod ī aciem prodeuntib9 dabatur: nequa confusio inter milites oriretur. Virgilius septimo. Classica iamq; sonant: it bello tessera signum. Est praeterea quattuor laterum talus: quo aleam ludebant. Martialis tertiodecimo. Non mea magnanimo depugnat tessera talo. ¶ Scabiosum far. An ut rem magis īmminuat / scabiosum quasi corruptum frumētum dicit? An uero ad glumam aristam q; grani respexit? quo℞ ī uolucris tanq̄ corpus scabię granum operitur. ¶ Possidet heu steriles ueri. Non manu emissos sed a cupiditatib9 solutos / liberos esse significat. Ordo autem talis est. Heu steriles ueri / hoc est ignari ueritatis: quibus una uertigo / idest per praetorem facta liberatio / facit aliquem antea seruum / liberum ac quiritem uideri: possidet ne ueram libertatem / qui sic corporis seruitutem exuerit? ¶ Vna uertigo. Domin9 seruum liberaturus eum ad praetorem ducens dextra apprehendebat atq; ad se conuertebat: ut Appianus quarto de bellis ciuilibus libro scribit: libertate se eū donare dicēs

Tunc praetor uindicta eum tangens seruitio li
berabat. Ille postea raso capite in templo fero/
niae libertorum deae pilleum assumebat. Cu
ius rei in amphitrione Plautus meminit. Qu
od utinā ille faxit iuppiter: ut raso capite por/
tem pilleum. ¶ Hic dama est. Hic uilis ser/
uus & nequam est: & eum quia dominus libera
rit: existimas liberum factum esse. Dama autē
serui nomen est: quo & horatius utitur. Tu ne
syri damae aut dionysi filius audes Deiicere
e saxo ciues? ¶ Non tressis. non trium
assium pretii. ¶ Agaso. Serui nomen hoc loco
ut apud horatium quoq; ponitur. Si patinam
pede lapsus frangat agaso. Alibi actorem equo
rum significat. Plinius quinto & trigesimo de
athimone pictore. Pinxit & i una tabula: qua
que maxime inclaruit: agasonem cum equo.
¶ Vappa. Vinum quod iterum sponte defer/
buit: saporem q; amisit / uappae nomen acce/
pit. Quod Plinio teste quartodecimo libro/
probrosum quoq; hominibus est: cum eorū ani
mus degenerauit. Vappa itaq; pro uili & igna
uo & nugatore accipitur. Horatius in sermoni
bus. Nō ego auarū Cum ueto te fieri: Vappā iu
beo aut nebulonem. ¶ Et in tenui farragine

mendax. Sub specie libertatis per quam tesse rulam suam farris obtinuit mendax tamen est: quia cum liber appareat / uitiis & turpitudini seruit. Farrago uero inde dicitur quod far ferro caesum: aut quod primum in farracia segete se ri coeptum. ¶ Exit marcus dama. Qui paulo antea cum seruus esset/ dama uocabatur: mox a domino manumissus momento temporis marcus dicitur. Quod uiri romani praenomē est. Proprio enī nomini Prisciano auctore pra enomen praeferebatur. Vel differentiae causa/ ut alter ab altero nosceretur. Vel quod cum sa binos in urbem receperunt / ad confirmandam coniunctionē illoꝝ nominia suis nominibꝰ prae posuerunt: & inuicē sabini romanoꝝ. Atq; ex eo tempore seruatum ē: ut nemo romanus pra enomine careret. Quo quidem a seruis distin guebantur. Nam praenomina seruis indere nō licebat. Praenomina uero sunt ut Publius: Marcus: Gaius: Gneus & eiusmodi caetera. Itaq; Persius Publiū / Marcū q; dicēdo quiritē factum esse demonstrat. ¶ Pape marco spodē te recusas Credere tu numos. Respondentis lo quitur uerbis liberum esse: quoniam & pro alio spondere & tabulas subscribere possit. quod ser

uis negatum est. Pape uero admirantis aduerbium est. Terentius i eunucho. Pape superat ipsam thaidem. ¶ Haec mera libertas? Respōdet poeta in manumissione meram libertatem non consistere. Sed decora pronuntiatione hic uersus legendus est. ¶ Hanc nobis pillea donāt? Pilleum capite assumebat qui manu a domino mittebatur. Libertatis enim id signum erat. Appianus de bellis ciuilibus romanorum libro secundo. Ex his quidam pilleum i hasta praeferebat libertatis signum: uniuersos q; ad ciuilitatem patriam uocabat. ¶ An quisquam est alius liber. Tripartita ratiocinatione se liberum esse colligit. Primo enim proponit libertatem esse uiuere ut uelit. Deinde assumit, licere sibi ut uelit uiuere. Postremo concludit: cum id sibi liceat: liberiorē se bruto esse. ¶ Aures mordaci lotus aceto. Habens aures aceto lotas bene q; purgatas & eruditas & quae nullis argumentationibus decipiantur. Nā cū acris & uehemens aceti natura sit eo q; pulsus & nares & tempora & aures excitentur quod sensuum erat ad ingenii scientiam transtulit. ¶ Licet illud & ut uolo tolle. Assumptionē nō ꝓbat: qua ille asserebat licere sibi ut uellet

uiuere . Ostendit autem neminē uiuere ut uult praeter eum qui recta sequitur : & cui uiuendi uia considerata atq; prouisa sit. ¶ Vindicta postq̄ meus a praetore recessi . Postq̄ me liberū praetor fecit : cur negas non licere mihi quodcū q; libuerit facere : his exceptis/quae legibus ꝓhibemur . Vindicta uero uirga est : qua serui a praetore in libertatem asserebantur . Dicta autem a Vindicio seruo est : qui coniuratos uolentes in urbem recipere tarquinios prodidit . Liuius secundo ab urbe condita . Proemium indici pecunia ex aerario : libertas & ciuitas data . Ille primum dicitur uindicta liberatus . Quidam uindiciae quoq; nomē tractum ab illo putant . Vindicio ipsi nomen fuit . ¶ A praetore . Veteres omnem magistratū : cui pareret exercitus : praetorem appellauerunt . Vnde & praetorium tabernaculum eius dicitur : & in castris porta praetoria : & praefectus praetorio nūcupatur . Sed patres quo tempore . L . Sestius primus explebe consul creatus est/Furium camillum Marci filium primum praetorem urbanū : qui in urbe ius diceret : creauerunt . Mox unico praetore non sufficiente : quod multi peregrini in ciuitatem uenirent : alius creatus est : pe-

regrinus / quia peregrinis ius diceret / appellatus. Procedente deinde tempore alii praetores creati sunt qui & in prouincias mittebātur. Dictus uero praetor est: ut Varroni placet: quia iure praeiret. Eius magistratus isignia: trabea uestis: sella currulis: lictoresq; sex cum fascibus extitere. ❡ Masuri rubrica. Minium & rubrica eiusdem ferme coloris sunt: quibus quoniam clariores litteras facerent: in scriptura uoluminum utebātur. Sed quia capita legū librorumq; tituli rubrica inscribebantur: rubricā ꝑ lege denominauit. Masurius autem sabinus iure consultus clarus est habitus. ❡ Sed ira cadat naso. Noli irasci. Irati enim quandoq; nares contrahunt. ❡ Rugosa q; sanna. Irrisio quae per desannationem fit. ut. Posticae occurrite sannae. ❡ Veteres auias. Ineptas confabulationes / quas puer ex auia didicisti. Tibull⁹ Haec tibi fabellas referat. ❡ Non praetoris erat. Incipit ratione ostendere: praetorem non posse tenuia & acuta sapientiae praecepta ignorantibus uiris dare: & propterea ne libertatem quidem: quae non nisi in sapientem cadit: posse concedere. ❡ Sambucam citius caloni aptaueris alto. Non me fugit cum sambuca mu-

ſici inſtrumenti genus ſit : hunc uerſum fere ab omnibus legi : quod citius caloni alto muſicae rationem tribueris : quam praetor uitioſis liber tatem conceſſerit . Verum cum calones militū ſerui ſint : Sambuca quoque machinae bellicae genus ſit : ut in ſimilitudine atq; tranſlatione uerborum perſtet : potior ſenſus erit . Citius caloni ſeruo militari alto ac porpterea rudi atq; inepto ſambucam intendendam aptaueris : hoc eſt rei militaris peritiam dederis : quam praetor uitioſos libertate donauerit . Eſt uero ſambuca : ut Feſtus ait : machina bellica : quam in urbium expugnationibus intendebant : dicta quod ut uoces in ſambuca organo / ſic funes in ea machina intenduntur . Calones autem militū ſerui ſunt caſtra ſequentes : uel a calis . ideſt a lignis & fuſtibus quos geſtabant : uel a calando cognominati : hoc eſt quia ad miniſterium uocarentur . Calare enim uocare eſt . Vnde & calendae . A quibus non nulli dictos quoq; calones putant : quod calendaꝶ die cibaria caperent . ¶ Quod quis uitiauit agendo . Quod ſi agatur uitioſum ſit . Nihil uero praeter rectum fieri licet . ¶ Publica lex hominum natura que continet hoc fas . Leges omnes aut diuinae aut

humanae sunt. Humanae moribus: diuinae natura cōstant. Fas lex diuina est: Ius humana. Ait ergo & humana & diuina lege hoc constare: ut uitia fugiamus: neq; per ignorantiam excusemur. ¶ Ut teneat uetitos inscitia debilis actus. Ut etiam inscii ac rudes a quibus debeant abstinere cognoscant. ¶ Inscitia debilis. Ignorantia enim mortales imbecillos ac debiles cōtra cupiditates reddit. ¶ Diluis helleborū. Similitudine probat insipienti non licere ut uelit uiuere: neq; ei libertatem concedere quenq̄ posse: quemadmodum medicinae ac nauigationis experti, neq; pharmacorum confectio, neque nauis gubernatio permittetur. Hellebori autem genera duo sunt. Nigrum, quod purgat per inferna. Candidum, quod uomitione causas morborum extrahit. ¶ Peronatus arator. Perone calciatus. Est enim pero calciamētum rusticum ex corio contra imbres niuesq; ac frigora paratum. Iuuenalis libro quito. Quē non pudet alto per glaciem perone tegi. Virgili9 libro septimo priscos latinos perone i bellis usos ostendit. Vestigia nuda sinistri Instituere pedis: crudus tegit altera pero. ¶ Luciferi rudis. Nauigationis ignarus: cum uel eam stel

lã; quae cunctis inotescat ignoret. Lucifer sane idē quod hesperus ē. Sed cum plurimū distat a sole, facta uicina occidētalibus plagis exacta propemodum nocte apparens, lucifer: quia tūc maxime luceat: appellatur. Hesperi uero nomen accepit: quod in eois uespere post occasum solis appareat. ¶ Exclamet melicerta perisse frontem de rebus. Pudorem omnem & uerecundiam: quae maxime in fronte dignoscitur: interisse Melicerta nautaꝝ deus clamitans cōqueratur. Melicerta uero Inonis & Atamantis regis thebarum filius patrem, cum matre fugiēs se una praecipitauit in pelagus. Ambo uero in deos marinos miseratione deoꝝ conuersi sunt. Ino in matrem matutā, quae & leucotoe. Melicerta in Portunum, qui & Palaemon etiam dicitur. Hic a romanis: ut scribit Festus: inter deos colebatur. Nautae quoq; eum uenerabantur. Virgilius primo georgicorum. Votaq; seruati soluent in littore nautae Glaucoq; & Panopeae & Inoo Melicertae. ¶ Recto talo. Recta uia & ratione. Quod a talo calcis osse translatum est. Talis enim & cruribus non obtortis recte inceditur. ¶ Sub aerato auro. Cū aurum extra appareat, aes intus existens. ¶

¶ Creta. Colore albo & benigno. ¶ Carbone. Nigro colore ac subide noxio. ¶ Presso lare Lar domesticus deus est: qui pro ipsa domo interdum ponitur. Horatius. Qui patrium mimae donat fundum q; larem q;: Paruam igitur & modestā domum intelligit. ¶ Iam nunc astringas iam nunc granaria laxes. Quantum debes & potes quibus decet impartiare: Granaria autem loca in borreis sunt seruandis seminum granis parata. ¶ In q; luto fixum possis transcendere numum. Vel de puerorum consuetudine tractum est: qui numum filo alligantes, in lutum q; iacientes siquis eum colligere uoluisset per filum occultatum ad se trahebant: illius auaritiae illudentes. Vel potius turpe lucrum ex sordido quaestu partum intelligit. ¶ Nec glutto sorbere saliuam mercurialem: Nec cum magna anxietate lucro inhiare. A gulosis uero trāslatum est. Nam a gula gluto, gulosus dicitur: & sorbere ad nimiam gulositatem refertur Ipsa quoq; saliua in ore est: quam pro lucri cupiditate ꝑ translationē posuit. Cui quia Mercurius praeest, mercurialem cognominauit ¶ Praetoribus ac ioue dextro. Humano, diuinaque iure cōcedentibus. ¶ Fronte politus. Fe

rens prae te speciem boni uiri intrinsecus plen9 dolo⁊ sis. Vapido sub pectore. Astuto a ua pore. Qui eni calidiore sāguine sunt, igenio & astutia magis ualēt. Vulpi uero astutia tribuitur. Funeq; reuoluo. Ite⁊ te i seruitutē redigo: cum paulo antea, si careres his uitiis, seruitutem concesserim. Nil tibi concessit ratio. Nunq̄ tibi ratio dederit: ut uitiis seruiens liber sis. Digitum exere. Aperte profiteare. Quod a pugnantibus tractum est pollicis erectione se uictos fatentibus. Ecquid ē tam paruum est. Ecquid separatim per interrogationem legendū est. Respondentis enim uerba sunt admirantis simul & sciscitantis cur ob tam parui uitia libertate carere putandus sit. Sed nullo thure litabis. Nullis donis a superis impetrabis: ut in quibus uitiositas est, uirtutis pars aliqua ac propterea ne libertas quidem esse possit. Semuncia uero media uncia ē a semis, quod mediū significat, deriuata. Nec cum sis caetera fossor. Quemadmodum fossores inepti & agrestes homines imitari nulla mimos in parte sciunt: sic uitiis dediti neque unt exercere uirtutes. Batillus autem Neronis aeuo iocular ac saltator eximius fuit. Iuuena

Libertatem

lis. Molli saltante batillo Tuscia uesicae non imperat. Satyri uero dii siluestres petulantes ac saltatores in antiquis comoediis inducuntur: Quorum personas in theatro mimi plerumque assumebant. ¶ Liber ego. Asseuerranter aduersarius liberum se esse affirmat. ¶ Vnde datum hoc sumis? Respondet poeta cum tot uitiis subditus sis: unde tibi libertatem audes assumere? ¶ An dominum ignoras nisi quem uindicta relaxet? An non credis alium dominum tibi esse praeter eum a quo te praetor liberauit? Quibus uerbis ostendit non eum qui uindicta praetoria liberetur: sed qui uitiis nō seruiat, liberum esse. ¶. I. puer & strigiles. Seruitutem corporis nō tam artam q̄ animi esse ostendit. Dicit enim. Siquid ab hero facere iussus sis: haec seruitus corporea nihil animum tuum perturbat. At si intrinsecus uitiis seruis, uehementius angeris: q̄ qui metu uerberum hero paret. Strigiles uero ad fricādum & poliendum corpus paratae sunt: a stringendo hoc est tergendo & radendo cognominatae. Puer autem pro seruo ponitur. Horatius in sermonibus. An hic peccat sub noctē qui puer uuam furtiua mutat strigili. ¶ Quid tu impunitior exis atque hic. Ex horatio sump-

ſit. Quid tu impunitior illa. Quae paruo ſu
mi nequeunt obſonia captas? Quidam qui pro
cur & quare legunt. ut Qui fit moecenas. At
q; uero pro quam comparantis aduerbio poni-
tur. Idem primo ſermonũ. Non ſe peius cru
ciauerit atq; hic. ¶ Scuticae. Scytos graece
pellis latine dicitur. Vnde ſcutica genus uerbe
ris e loris facti deducitur. ¶ Mane piger ſter-
tis. Altercationẽ inter ſe auaritiae ac luxuriae
ponit: quarum utriuis qui obtemperat nullo pac
to liber eſſe queat. ¶ Eia. Hortantis aduerbi
um eſt. Horatius primo ſermone. Eia quid ſta
tis? ¶ En quid agam. Deſidis dubitatio quid
ſi ſurgat agendum ſit. Rogitas. Auaritiae uer
ba eum quid facere debeat admonentis. ¶ En
ſaperdam aduehe. En & ecce oſtendentis aduer
bia ſunt. & ſeparatim a reliquis hoc in loco en
debet pronũtiari. Saperda uero: ut feſtus ait: pe
ſſimi piſcis genus eſt. ¶ Caſtoreum. Caſtor
& fiber ponticum animal idem eſt teſticulos ſi
bi amputans urgente periculo: ob eos ſe peti
gnarus. In uſu enim medicis ſunt. Horrendi
quidem animal morſus eſt. Nam ſi hominem
comprehenderit, non ante morſu reſoluit: quã
oſſa infracta concrepuiſſe ſenſerit. Caudam te

ro piſcium ſimilrm : caeteram ſpeciem lutrae habet. ⸿Hebenum. Hebeni arboris indicae genera duo ſunt. Vnum fruticoſum citiſi modo. Alterum rarum enodi trunco. Materia eius nigri ac iocundi ſplendoris eſt; quam accendi negant. Eam Pompeius magnus mithridatico triumpho primus exhibuit. ⸿Lubrica coa. Vina coa uel aluum ſoluentia; uel quae ſine palati aſperitate potentur ob eorum lenitatem. ⸿Tolle primus. Primus ait quia minus lucrātur qui in mercibus emendis poſtremi ſunt. ⸿Sitiente camelo. Praeproperam negociatoris feſtinationem oſtendit. In quatriduum enim ſitim hoc animal tolerat. Verum cum bibendi facultas datur; tantum impletur, quantum & praeteritam ſitim expleat & i futurum diu proſit. ⸿Iura. Vel quo citius ac melius uendas. Vel quia, ut Horatius inquit: Laudat uenales qui uult extrudere merces. ⸿Sed iuppiter audiet. Adoleſcentis uerba: Iouem ſi ita iurauerit auditurum. ⸿Heu heu. Auaritia eum admonet: ſi metu deorum teneatur, pauperem ſemper futurum. ⸿Vare. O ſtulte ac non recte ſentiens. A uaris tranſlatum: qui introrſum crura intorta gerunt. Nam qui in exteriorem

partē obtorta habent / uacii appellantur . Varro de re rustica libro secundo de canibus scribēs. Cruribus rectis ac potius uaris quam uaciis . ¶ Iam pueris pellem . Haec ex poetae persona dicuntur ostendētis illum iam auaritiae parere uelle . Dicit enim . Iam te paras ad nauigādum . ¶ O enophoꝝ . Vas est uinarium . Iuuenalis . Totum oenophorum sitiens . ¶ Ocyus . Ab ocys graeco uerbo : quod cito significat / ocyus & ocyssime aduerbia ; & ocyor & ocyssimus nomina deriuantur . ¶ Solers luxuria . Ingeniosa contra auaritiae ad hortationes . Alias enim deses & lauta est . Nam luxuria nimia reꝝ profusio ac supra pudorem est . Vnde luxriosos in re familiari ꝓdigos & solutos dicim⁹ . ¶ Quo deinde insane ruis quo ? Luxuriae uerba adhertātis ne auaritiae deditus ꝑpetuis cruciatibus torqueatur : Sed domi ociose degens genio suo indulgeat . ¶ Calido sub pectore mascula bilis Intumuit : quam non extinxerit urna cicutae . Hoc per parenthesim legitur : & poetae attribuitur . Ait enim . Propter luxuriae reprensionem contra auaritiae tuae cupiditatē : quae iubet ut nauigandi sententiam mutes : ita irasceris : ut non solum obolo aut drachma / cyatho

ne aut acetabulo : sed ne urna quidē cicutae ab ira eiusmodi purgari possis. Cicuta uero licet homini : ut iquit Lucretius : acre uenenū sit : ad multos tamen usus ac praeserti ad refrigerandū stomachū ualet. Itaq; cū bilis ardore itumuisse poeta dixerit : ut medicinae artis peritus, cicutam i remedio posuit. ¶ Veientanūq; rubellū. Veientanum uinū pessimi saporis ueientano hetruriae agro nascitur. Horatius. Qui ueientanum festis potare diebus Campana solitus trulla. Rubellum autem a rubro colore diminutiuū est : quoniam ueientanum uinum rubeat. Nā a rubro rubellum deriuari Plinius quartodecimo auctor est. Proxima dignitas nomentanis rubēte materia. Quapropter quidam rubellas appellauere uineas. ¶ Vapida pice. Ad uasa uino cōdendo antiqui pice utebantur. Sed si ea fumidū uirus, aut adustionem, acorem q; sentiret : uina non parum laedebantur. ¶ Sessilis obba : Poculi lignei genus Marcello auctore obba est : quae cum fundo latiore sit, sedere uideatur : ¶ Quincunce modesto : Modestiore ac temperatiore lucro : Quincunx uero quinq; unciae sunt ¶ Auidos sudare deunces : Qui maiori lucro inhiant, maiores quoq; labores periculaq; susci

piūt: ꝓpter quod sudare quasi cū maiore sudo-
re discriminecꝫ parare auidos deūces dixit. Atqꝫ
auidos dicēdo id numis quod auari hoīs erat: de
dit. Deunx uero undecī uncias cōtinet: quasi u
na ūcia ex asse dēpta. ※ Nostrū est quod uiuis.
In uoluptate corporis bonū ponit: cum ex nobis
post obitū nihil restet. ※ Hoc quod loquor ide ē
Haec etiā quae nunc loquor elapsa sunt. Nā ut
ait Horatius. Dum loquimur fugit inuidia ae
tas: ※ En quid agis? Sciscitatur poeta cum ita
ab auaritia & luxuria pessimis ac diuersis inter
se malis adhortetur: utram sequatur, cum al
terutram sectari oporteat. ※ Nam luctata ca-
nis nodum arripit. Quemadmodum nec canis
si catenae nodum luctādo abruperit quanuis fu-
giat libera est: quia magnam partem catenae a
collo trahit: qua iterꝫ postpaulo capiatur: Sic
tu si semel atqꝫ iterum uitiis obstiteris: non ꝓ
pterea te ab eis liberꝫ esse putes: cum ab illis
nō multo postea iterum illigeris. ※ Daue cito
hoc credas iubeo. Exemplo probat non liberos
amatores esse. Cherestratū autem amicā chry
sidem relinquere meditantem orta inter eos dis
sensione, cum dauo seruo loquentem inducit.
Quod ex Menandri poetae fabula sumptum ē

¶ Siccis cognatis. Sobrii. Ipse enim se moxe
briū appellauit. Cognati uero e matris: Agna
ti e latere patris sunt. ¶ Vdas fores. Propter
unguenta quae spargebant amicae postibus ama
tores. ¶ Extincta cum face. Longiorem morā
significat: cum tantum ad amica limina pernoc
tarit: ut etiam fax tota consumpta sit. ¶ Eu-
ge puer. Daui uerba sunt heri consilium appro-
bantis: atq; ut diis hunc morbum depellentib9
agnam feriat adhortantis. ¶ Sed censen plora
bit daue relicta. Cherestratus more amantium
qui ab indignatione ad cōmiserationem momē
to temporis inuertuntur: dauum iterrogat: an
chrysis a se relicta desertum amorem sit deflectu
ra. ¶ Nugaris. Daui: uel poetae potius: sub
daui persona uerba sunt, fore eum sub imperio
chrysidis ostendentis. ¶ Solea rubra. Hoc ex
re ipsa deductum est. Dominae enim quandoq;
amatores suos percutiunt: cum illos sibi deuin
ctos intelligunt. Iuuenalis. Et solea pulsare na
tes. ¶ Ne trepidare uelis. Ne uelis festinare
hunc amorem i cassum abscindere cum seruus il
lius sis. Trepidare autem interdum festinare si
gnificat. Virgilius quarto aeneidos. Dum tre
pidant alae, saltusq; indagine cingunt. ¶ Ac

l iiii

que artos rodere casses. Sumpta trāslatio est a feris: quae plagis comprehensae rodere illas festinant: ut effugere inde possint. Casses uero retia sunt. Vnde & cassum pro inani & uano: & incassum aduerbium: idest frustra, quasi absque cassibus, sine quibus uenatio est inanis, deducitur. ¶ Haud mora. Absq; ulla mora & tarditate. ¶ Quidnam igitur faciam? Phedriae in eunucho apud Terentium uerba sunt cum parmenone seruo dicentis exclusum se a thaide ad illam etiam si se obsecret non reuersurum. ¶ Si totus & integer. Si te totū ab eiusmodi seruitute animi liberaris: tunc te uere liberum iudicabo: non autem eum, qui uindicta praetoria: quam festucam cognominat: liberetur. ¶ Ineptus. Non aptus & impotens a seruitute animum liberare. ¶ Ius habet ille sui palpo. Ambitiosos quoq; ostendit sui potestatem non habere & honorum cupiditatibus īseruire. Palpari uero blandiri est. Vnde palpo ꝓ adulatore atq; eblanditore deducitur. ¶ Cretata ambitio. Candidata. Nam summos honores petituri in campum martium candidati descendebant. ¶ Et cicer ingere large. Vetustiores aediles legumina populo floralib9 ludis dabāt. Horatius in

sermonib9 . In cicere atq; faba bona tu pdasq; lu
pinis : Lat9 ut i circo spatiere . ℣ Floralia . Vt
Varro de re rustica primo refert Robigū & florā
deos agricolaℊ ueteres maxime coluerunt : qui
bus adiutoribus frumenta atq; arbores rubigine
non consumerentur & tempestiue florerent . Ita
q; robigini feriae robigalia : & florae floralia lu
di maio mense sunt instituti . ℣ Aprici senes .
Aprici dicuntur senes qui locis apricis gaudent
apricatione q; delectantur . Aprica quoq; dicun
tur loca a sole aperta & frigoris horrore carētia .
Virgilius . Duceret apricis in collibus uua colo
rem . ℣ Quid pulchrius . Vel hironice a poeta
ꝓlatum est : quasi turpe sit per summam ambi
tionem honores quaerere . Vel ambitiosi uerba
sunt / nihil pulchrius esse q̄ populo placere dicē
tis . ℣ At cum herodis uenere dies . Superstiti/
osos / cum uano semper metu deterreantur / nō
liberos esse dicit . ℣ Herodis dies . Sabbata quae
a iudaeis concelebrantur : quorum rex Hero/
des fuit . ℣ Vncta q; fenestra . Eorum ritum in
sacris enumerat . Nam iudaei accenso candela/
bro utebantur : quod uiolis adornatum / ad fe/
nestram q; positum dicit inunctam oleo cande/
labri lucernarum . ℣ Recutita sabata . Quae a

iudaeis circuncisis concelebrantur. Recutiti enī iudaei a circuncisa penis cute sunt appellati. Vnde & apellae quasi sine pelle cognominantur. Horatius primo sermonum. Credat iudaeus apella. ꝟ Nigri lemures. Vmbrae uagātes hominum ante diem mortuorum lemures / quasi remules dictae sunt a Remo: cuius occisi umbras cum Romulus frater placare uellet: parentalia quaedam instituit remulia appellata. quae mense maio per triduum celebrabantur. De lemuribus Horatius in epistolis meminit. Nocturnos lemures portenta q; thessala rides. ꝟ Ouo q; pericula rupto. Ouum in superstitione haberi & Iuuenalis testatur. Metui q; iubet septēbris & austri Aduentum nisi se centum lustrauerit ouis. Adeo autem superstitiosi erant: ut si in eiusmodi expiationibus ouum ad aram positum frangeretur: putaretur non sine periculo id futurum. ꝟ Tunc grandes galli. Matris deum sacerdotes galli uocātur a gallo phrygiae flumine: cuius aquam potātes in furorem uersi testa samia sibi uirilitatem amputabant. Grandes uero ait: quia / ut Strabo meminit / prae / potentes quondam erant: ac propter deae reuerentiam caeteros sacerdotes praeibant. Ipsa qui

dem & dindimena & cibele & pessinuntia dicta est. ⸿ Et cum sistro lusca sacerdos. Io inachi filia: ut flaccus argonauticon quarto refert: cũ post longos errores in aegyptum tandem uenisset: Iouis commiseratione e uacca in deam conuersa atq; i caelum recepta/ Isis postea dicta ẽ. Haec maximo in honore diuersis in partibus orbis fuit: romae q; templũ iuxta ouilia meruit. Sistrum uero cornu incuruum est: quod ipsa dea gestabat. ut. Aspide cincta comas & ouanti ꝑsona sistro apud eundem flaccum. Sacerdotem autem isidis uel corporis uel animi uitio luscam dixit. ⸿ Incussere deos inflantes corpora. Metum deorum corpora uariis morbis inflantium incusserunt. ⸿ Dixeris haec. Si haec quae ad ueram libertatem pertinent inter militares uiros dixeris/ statim rideberis. ⸿ Varicosos. Laboriosos & duros. Varices enim eminentiores uenae in cruribus sunt: quae interdũ stantibus/ nimium q; laborantibus oriuntur. ⸿ Crassum ridet. Vehementer ac multum ridet. Nomen enim pro aduerbio posuit. ⸿ Curto centusse licetur. Centum philosophos parui aestimat. Centussis uero a centum assibus dicitur: quem curtum dicendo pro exiguo pretio ponit. Lice

ri autem & licitari est pretium ultro in auctioni bus deferre: cũ in rebus emendis alius alio ma/ius pretium pollicetur.

SEXTA SATYRA

a Dmouit iam bruma foco. Mediocritatem seruaturus in eos inuehitur: qui ut grande patrimonium heredibus suis relinquãt: auaritiae intẽti sordide uiuũt. Bruma. Bruma a breuitate dierum dicta quinto & uigesimo decembris die inchoat. quo fit incapricornio hyemale solstitium. A qua brumales dies / qui sunt circa brumam cognominantur. Basse. Cesius bassus poeta lyricus Neronis tempesta/te floruit: quem se uidisse Quintilianus testa/tur eum inter lyricos numerans: horatio q; adii ciens. Tetrico pectine. Seuero & graui stilo Allusit autem ad montem tetricum / dãs id car mini quod est montis. Est enim tetricus in sabi nis asperrimus. Vnde tetricos homines / tristes seueros q; dicimus. Virgilius septimo. Qui tetricae horrentis rupes / montem que seuerũ: Casperiam que colunt. Sabinorum autem gens antiquissima italiae habita ãgustam admodum

regionem incolit a tiberi nomentum usque. ¶ Marem strepitum. Masculum & uirilem sonū ¶ Fidis latinae. Chorda citharae fides est; dic ta quod tantum eius inter se chordae, quātum inter homines fides cōcordet. ¶ Mox iuuenes agitare iocos. Lyrici poetae & iuuenum curas & ibera uina: ut scribit Horatius: referunt. ¶ Pollice honesto. Decenti & ornato stilo pro pter fides, quae pollice agitatur. ¶ Mihi nūc ligus ora intepet. Ad dextram italiae sub alpi bus ad macram usq; liguria est. ¶ Hibernatq; meum mare. Eusebius temporum libro Persi um uolaterranum esse scribit. Ipse uero cum se lunensi in portu degere: ligusticum q; pelag⁹ suum esse: ut qui inde traxerit genus dicat: su am profecto patriam liguriam esse significat. A uicinitate se appellat ligurem dicet quispiā. An uero credendum est cum lunae portus a uola terris distet stadia circiter septingenta se ligurē pro tusco appellauisse? Mare enim quod uada uolaterrana abluit, non ligusticum sed tuscum dicitur. An igitur Eusebium lapsum putas? Nullus tempoꝝ scripor est: in tam longa prae sertim serie: qui non labi quandoque possit. Quin ipse idem Ennium tarentinum appellat.

Quem Rudiis ortum esse Silius italicus libro duodeimo auctor est . ut Rudiae genuere uetu/stae : Nunc rudiae solo memorabile nomen alumno . Quod & Pomponius melas scribit . Post barium & gnatia & Ennio ciue nobiles rudiae . ¶ Hibernat . Hibernare dicitur pelagus / cum nauigari per hyemem nequit : quoniam tunc naues in portus : ut milites in biberna secedunt . ¶ Qua latus ingens dant scopuli . Lunae quondam : spediae nunc portus natura loci munitissimus insulam uel scopulum potius eregione paruo admodum interuallo dis.unctum habet / ambitus stadiorum quadraginta : qua parte latus ingens scopulos dare scribit . Nam a ueneris propinquo oppidulo per hoc angustum latus in portum spediae nauigatur . ¶ Et littus multa se ualle receptat . Lunae portus ab utroq; latere altis montibus cinctus / in arcus q; intenti formam curuatus multa se ualle insinuat . Lunai portū est opere cognoscere ciues . Operepretium est hunc ut portum quaestus gratia cognoscatis . Huc enim cum plurimi negociatores lucri causa nauigarent : nimiam romanorum cupiditatem reprehendens : hironice hunc portum cognoscendum demonstrat . Est uero poetae Ennii uersus

quem ideo suis iseruit : ut eius auctoritate atq; antiquitate solum patrium commendaret . Lunensis autem portus in quinto Strabo his uerbis meminit . Horum luna quidē ciuitas & portus est . Graeci autem & portum & urbem seles ides lunae appellant . Verum nequis ductus similitudine nominum eodem in loco portum & urbem esse putaret : lunae portus ab urbe alto monte seiungitur . Vrbs enim in hetruria ad macrae fluminis hostia sita est . Portus autem in liguria positus ab ea distat circiter stadia octoginta . ¶ Cor enni . Enniana prudētia Cordati eni sapientes dicuntur . ¶ Postq̄ destertuit esse Meonides quintus pauone ex pythagoreo . Refert Heraclides ponticus : ut Laertius scribit : Pythagoram dicere solitum : Se aliquando Aethalidē mercurii filiū fuisse . qui longo post tempore in Euphorbū : deinde in Hermotimū : postea in Pyrrhū : nouissime in pythagorā commigrauit . Ad hūc igitur alludēs Persius / Ennium quintum ab homero esse significat . Meonides enim Homerus dicitur : Vel a meone patre : qui nepte Criteide uitiata homerum genuit : ut Ephorus cumeus in libro de patriis rebus scribit . Vel a meone lydorum

rege: qui infantem homerum suscepit ac liberaliter educauit: ut Aristoteles in libro de poetica meminit. ¶ Securus uulgi. Negligens & contemptor. Virgilius primo aeneidos. Securus amorum germanae. ¶ Auster infoelix pecori. Ostendit se auaritiae non intentum. Auster uero, qui & notus dicitur, a meridie autumnali tempore spirans uarios morbos excitat. ¶ Securus & ãgulus ille uicini nostro quia piguior Nec inuidia laboro, quod uicinus me ditior sit Angulum uero uel ꝓ praedio totum a parte ponit. Vel uicini campum intelligit. ¶ Et si adeo omnes ditescunt orti peioribus. Quanq̃ omnes peioribus orti parentibus & ipsi quoq; deterrimi, ditiores in dies fiunt. Adeo autem multum & ualde significat. ¶ Vsq; recusem Curuus ob id minui senio. Ditioribus inuidendo nec sibi mortem acceleraturum: nec geniũ suum defraudaturum promittit. Sine uncto. Nimis parce ac sordide. ¶ Et signum in uapida naso tetigisse lagena. De sordidoꝝ atq; auarorum cõsuetudine tractum est: qui uel usq; ad fecem uini, nequid in cado supersit: potant. Cuius in fundo signum aliquod sculptũ est. ¶ Discrepet his alius. Alium a suis moribus di-

screpantem / sordide q; uiuentem demonstrat.
Geminos horoscope uaro producis genio. Diuersa contrariaq; natura eadem hora ortos pducis. Horoscopus uero genesis est inspector: Varo genio. Genius pro natura cuius est deus accipitur. Varum autem intortum significat. ut Fallit pede regula uaro. Solis natalibus. Auari sordes etiam in natalibus exprimit: i quibus largius & abundantius uiuitur. Muria. Salsugo ex liquore piscium facta muria est: ut Plinius primo & trigesimo libro scribit. Quã cum in calice paruo admodum poculo emptam dicat: hominis auaritiam declarauit. Irroras Leuiter tenuiter q; inspergens. Hic bona dẽte grandia magnanimus peragit puer. Contrarium superiori adducit bona sua prodigaliter cõsumẽtem. Vtar ego utar. Se modum seruaturũ pollicetur: Nec rombos. Non rombos libertis apponam. quod pdigalitatis nimiae nota est. Rombus enim apud maiores in pretio fuit praesertim rauennae captus. Nec tenuẽ solers turdorum nosse saliuam. Nec se gulosum futurum dicit: ut tenuem saporem turdorum & quaecunq; suauiora palato sunt / discernere calleat. Saliua enim propter saporem ad

gulositatē transfertur. Turdus uero: ut Mar-
tialis asseuerat: inter aues gloria prima ē. Ho
ratius quoq; obeso nil melius turdo ait. Messe
tenus propria uiue. Vitam ducas iuxta rerum
tuarum facultatem & copiam. Tenus eni prae
positio est ꝓpinquitatem significans. Quae &
interdum accusatiuo coniungitur. Flaccus in ar
gonautice. Et tanim tenus immenso descendit
ab euro. Nonnunq̄ & genitiuo. Virgilius ī ge
orgicis. Et crurum tenus a mento paleria pen-
dent. ℟ Quid metuis? Adhortatur ne honeste
cōsumere id metuat: quod terra parēs benigne-
post paulo sibi reddet. ℟ Occa: seges altera ī
herba est. Quae exuperant tibi ipi comminu
ens pauperibus diuidas. Mox enim eadem re-
parabis. In translatione autem uerborum agre
sti similitudine permanet. Occare enim glebā
occidere & comminuere est. Varro de re rustica
libro primo. Vineas nouellas fodere aut arare
& postea occare & deinde comminuere: ne sit
gleba dura. Quod ita occidunt, occare dicunt
Hinc quoque occator, qui glebas ita occidit au
ctore Festo cognominatur. ℟ Ast uocat offici-
um. Non his modo, quae ex prouentibus su-
perant: sed substantiis ꝓpriis amicos subleuan

dos affirmat. ¶ Trabe rupta. Naufragium factum ostendit: trabē p naui, quae ex trabibus nectitur, ponens. ¶ Brutia saxa. Brutium littus italiae super lucaniam est: & ad euripum usque siculum pertinet stadiorum spatio millie trecentorum & quinquaginta. Fuere autem brutii lucanorum pastores: a quibus quoniam transfugerunt: brutii sunt appellati. Lucani enim brutios fugitiuos atq; rebelles uocant. ¶ Surdaq; uota. Quoniam a diis non exaudiuntur. ¶ Condidit ionio. In ionio mari naufragium passus rē omnem amisit. Ionium autem pelagus duplex est. Alterum ab ionia regione minoris asiae appellatum. Quod numeroso ambitu littorū flexum ab aegeo ad hadriacum mare pertinet. Alterum in italiae finibus: quod ab Ione Naulochi filia ab Hercule interempta: ut Solinus autumat: nomen traxit. ¶ Ingētes de puppe dei Iocose i deos maris dictum: quorum simulacra prostrata cum iaceant: neq; sibi, neq; inopi illi profuerint. ¶ Iam q; obuia mergis costa ratis lacerae. Iure costam ratis mergis obuiam factam dicit. Clamore enim suo tempestatem denuntiantes: e medio q; mari ad littus euolantes: obuia ratum fragmēta offendunt: Virgilius pri

mo georgicorum. Iam sibi tum curuis male tẽperat unda carinis. Cum medio celeres reuolãt ex aequore mergi. Clamoremq; ferunt ad littora: Mergus uero / quod se in aquam cibum captans immergat: cognominatur. ¶ De cespite uiuo frange aliquid. De patrimonio aliquid minuens amico inopi largiaris. ¶ Ne Pictus oberret caerula in tabula. Naufragi casum suum in tabula pictum circunferebant: quo stipem aliquam corrogarent. Caeruleam autem dicẽdo ad pelagi colorem respexit. ¶ Sed coenam funeris heres negliget. Sub auari persona poeta loquitur: Si amicis propria bona diuiseris: iratus heres funus & epulum negliget. ¶ Seu spirent cinnama surdum. Surde spirare ac redolere dicitur cuius uix odor sentitur. Cinnamum uero auctore Plinio ĩ aethiopia nascitur. Eius frutex duorum cubitorum altitudinis: quattuorq; digitorum crassitudinis est: quoq; magis nigricat / plus probatur. ¶ Seu ceraso peccẽt casiae Casia quoq; in aethiopia nascens ceraso mixta odoratum unguentum facit. Mortuorum uero cadauera diuersis unguentis condiebantur: Ipsa quidem cerasus a. L. lucullo post uictoriã mithridaticam e ponto in italiã aducta est. ¶ Et

baestius urget doctores graios. Cum poeta quae supra posita sunt tanq̄ ab auaro prolata dixerit: quod sequitur ab eodem in philosophos dicitur. Baestius uero a baestia deriuatur. Horatius: Diceret urendos correptus bestius idem.

¶ Ita fit postq̄ sapere urbi cum pipere & palmis uenit: Rem auarus dicit imminui postq̄ luxuria & graecorum philosophica disciplina ad liberalitatem adhortans in urbem uenit. Quod apud maiores parco assuetos: agendis q; rebus magis q̄ philosophorum scholis intentos non cotingebat. Quidam haec non ab auaro / sed a persio dici uolunt. ut sensus & ordo sit. Ita fit: ut graeci philosophi rideantur: postquam hoc nostrum sapere maris expers antequam trā smarina in gulae usum aducherentur: in urbem cum pipere & palmis uenit: hoc est postquā luxuries tanta increuit. Quod si ita legerimus sapere a sapore deducitur. Cuiusmodi apud horatium. Foecundi leporis sapiens sectabitur armos ¶ Foenisecae crasso uitiarunt unguine pultes. Postq̄ agrestes homines coeperūt unctius uiuere. Vnguen enim ab uncto uenit. Est uero unctū pingue in suis dorso. Puls uero antiquitus farina aqua indita tātum fiebat. Mox o

uo caseo melle additis sine uncto tamen cōfecta est: pulsq; punica appellata. ¶ Haec cinere ulterior metuas? Ad auari obiecta respōdet persius: se parcius nō uicturum quo magnificentius post humetur. Interrogat autem num timeat quae post mortem casura sunt? ¶ At tu meus heres. Cernens auarum de herede solicitum: ad eum se uertit/ qui suus quandoq; heres futurus sit. ¶ O bone num ignoras. Ob caligulae uictoriam de germanis/ se paria dicit centū mactare uelle: in quo magna impensa futura est. Missa est a caesare laurus. C. caesar germanici & agrippinae filius: qui & caligula dictus post Tiberiū imperauit: unicam omnino germanicam expeditionē suscepit: in qua nihil memoria dignum gessit. Veruntamē magnificas litteras romam misit: praeter q; barbaros transfugas & captiuos galliarum procerissimum quēq; legit: quos in pompa catenatos adduceret. Ouans deinde urbem natali suo ingressus est. ¶ Et aris frigidus excutitur cinis. Cum uictoribus supplicationes decernebantur: ad aras templaq; deum sacrificabant. Quod nunc fieri ait litteris a caesare de germanica clade missis. ¶ Iam chlamydes regum: Vestis genus clamys

est: quam aliqui militarē existimant. ¶ Luteā gausapa. Gausape militare stramentum est. Luteus uero crocinus color a luteo pratensi flore ac sine usu cognominatur. Persimilis autem colore est floribus genistarꝝ & croco. Virgilius. Iā croceo mutauit uellera luto. ¶ Esseda. Vehicula gallorum britānorum q; sunt. Virgilius in georgicis. Belgica uel molli melius feret esseda collo. Propertius Esseda caelatis siste britanna iugis. ¶ Ingentes rhenos. Vel quia ut Suetonius ait ad triumphi pompam procerissimum quenq; legit: ingentes accolas rheni dicit Vel quia etiam fluminum simulacra in triumphis praeferebantur. Rhenus autem fluuius gallos a germanis disterminat. ¶ Cesonia. Cesoniam luxuriae ac lasciuiae perditae caligula uxorem duxit: ardentissime q; amauit. ¶ Genio que ducis. Natali enim suo urbem ouans intrauit. ¶ Ve nisi conniues. Ei nisi assenserit minitātur. Conniuere enim est oculos claudere. Quod saepe faciunt annuentes. Cicero in Pisonem. Ne conniuente quidem te: quod ipsum esset scelus: sed etiam hilarioribus oculis quam solitus eras intuente. Plinius decimo. Halietus tantum implumes etiamnum pullos suos p

cutiens subinde cogit aduersos intueri solis radi
os: & si conniuentem flentem q; animaduertit,
praecipitat e nido uelut adulterinū & degenerē
¶ Artocreas. Ex pane carneq; fiebāt artocreae.
Artos enim panem: creos carnē significat. ¶
Dic clare. Visus est heres aegro animo id tulis
se ac propterea frontem aliquantulum contraxis
se: Ob quod eum clarius atq; apertius loqui iu
bet. ¶ Haud audeo inquis exossat9 ager iuxta
est. Prohibere inquis non audeo, ne saxis cae,
dar: quorum plenus ager ꝓpinquus est. Saxa
eni terrae ossa exstimantur. ut: Lapides in cor
pore terrae ossa reor dici: apud ouidiū. ¶ Age
si mihi nulla Iam reliqua ex amitis. Tacitae
obiectioni respondet. Nam dicere potuisset.
Si patrimonium dissolues: propinquum here,
dem non inuenies. Ait ergo qui suam heredita
tem adeant non defuturos. Amita autem soror
patris est. Patruelis filia patrui. Proneptis fi
lia neptis. Patruus frater patris. Matertera so
ror matris. Auia mater patris. ¶ Accedo boui
llas. In appia uia bouillae sunt citra ariciam ro
mam uersus. Asconius pro milone. Postera di
e occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo
ultra bouillas rediens ab aricia. ¶ Cliuumq; ad

uirbi . Ariciam . Diana enim reuocatum ab inferis hippolytum inaricia nymphae egeriae cōmendauit . Vbi uirbius uerso nomine quasi bis uir est appellatus . ¶ Progenies terrae . Eius enim principio generis non reperto e terra ortus apparet . ¶ Quaere ex me . Ex me si quaeras quis abauus mihi sit haud tibi facile dixerim . Quod si atauum , tritauum q; addideris : ad unum tandem deuenies , cuius parens ignoretur atq; ob id terrae filius iudicetur . ¶ ¶ Maior auunculus . Auiae frater . ¶ Qui prior es cur me indecursu lampada poscis ? Cum grandior natu sis cur meam captas hereditatem : cum tuam expectare potius debeam ? Hoc autem uel decursorum graiorum consuetudine tractū est : qui ut herodotus octauo meminit : uulcano facem per uices ferre consueuerunt . Vel de tediferis cereris qui cum facibus ad extremam lassationem currebant . Vel potius de palaestritarum more trās latum est . Cicero ad Herennium libro quarto . Non enim quemadmodū in palaestra qui tedas ardentes arripit celerior est in cursu continuo quam qui tradit : ita melior imperator nouus qui accipit exercitum quam ille qui decedit : proptera quod defatigatus cursu integro facem : hic

peritus imperator imperito exercitum tradit.
¶ Vin tu gaudere relictis. Vis ne libenter assu
mere quicquid reliquerim: qui pro mercurio ti
bi sum diuitiarum lucri q; deo. ¶ Deest aliquid
summae. Heredis uerba uel patrimonium im-
minutum conquerentis: uel nunquid e summa
desit interrogantis. ¶ Minui mihi. Respondet
sibi ipsi quodcunq; deest imminuisse. Verum si
ei quod superest relinquit: desistat quaerere qu
id olim sibi a Staio legatū sit. ¶ Foenoris ac-
cedat merces hinc exime sūptus. Dicta parentū
ad filios cum admonent ne patrimonium minu
ant: sed integra semper sorte ex mercede faeno
ris sumptus faciant. ¶ Reliquum. Cum heres
interrogasset quid reliqui foret: ille indignans-
famulum lautiorem copiosiorem q; uictum pa
rare iubet. Statuit enim genium suum non de-
fraudare quo luxuriosius heres uiuat. Fixa fumo
sum sinciput aure. Ad fumarium appensum sin
cip ut: quod est anterior capitis pars aures tem
pora q; complectens. Neque uero in porco so-
lum / sed & in homine dicitur. Apollinaris ad
Valerium maioranum. Partem q; cerebri Hic
galeae cum parte rapit: forti q; lacerto Disiicit
ācipiti miserabile sinciput ense. ¶ Vt tu9 iste

nepos. Ad se ipsum in secunda persona cum in dignatione maiore loquitur. Nepos autem ꝓpterea luxuriosus & prodigus dicitur: quod sub auo educati solutiorem delicatioremq; uitam degunt. Horatius. Discinctus aut perdam nepos. ❡ Satur anseris extis. Sapientiores: ut Plinius decimo libro refert: iecur anseris ꝓbauerunt: fartilibusq; in magnam amplitudinem crescit. Exemptum quoq; lacte mulso augetur De eo Horatius. Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi. ❡ Inguine uago. Ab inguinis uicinitate inguen pro membro uirili ponitur. Vagum autem dicendo rem turpem honesto uocabulo contegens maronianum illud expressit. Iamprimum satis hic libidinosus Alternis & eūdo & exeundo Porta te faciet patentiorem. ❡ Morosa uena. Cum proprie uena sit per quam sanguinis riuus meat: quia tamen per penem quoque genitura transcurrit: genitalis seminis iter in inguine uenam denominat. Quod plane per singultum expressit. Nam ut singultiūt fauces, ita quoq; genitura fluente singultire uidetur penis. Morosam autem dicens, id muto ni quod est hominis i amore uetita & negati petentis dedit. ❡ Patritiae immeiat uuluae. Cū

generosa & nobili foemina coeat. ¶ Mihi trama figurae sit reliqua: ast illi tremat omento popa uenter. Sensus est. ut ego parcius uiuens emacream, eo per luxum pinguescente. Sibi enim tramam, hoc est uiliora obsonia relinqui dicit. Trama enim filum est, quod intra stamen discurrit. Staminis autem fila pretiosiora quam tramae sunt. Omentum uero membrana tenuis est: quae intestina contegit. Popa autem pingue significat. Vnde & popina deducitur. Nam quod a quodam scribitur panem esse: quo sacerdotes uel eorum ministri uescebantur: unde & popeanum unguentum dicitur, fide caret. Popeanum enim a popea Neronis uxore appellari Plinii testimonio uolumine ūdecimo planum est. Ait enim. Crassissimum asinae lac ut coaguli uice utātut. Conferre aliquid & candori i mulierum cute existimatur. Popea certe Domitii neronis coniunx quigentas per omnia secum foetas trahens balnea℞ etiam soli o totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoq; cutem credens. Item octauo & uigesimo Cutem in facie erugari & tenerescere & candorē custodiri lacte asinino putāt. Notū q; est quasdam quotidie septingentarū custodito numero

fouere: Popea q; hoc uxor Neronis principis i stituit. His quoq; Iuuenalis accedit. Aut pin/ guia popeana spirat & hinc miseri uiscantur la/ bra mariti. ¶ Vende animam lucro. Haec ab eo dem non sine stomacho dicuntur: qui demens ut patrimonium grande relinqueret/ multos la bores pericula q; pertulerit. ¶ Ne sit praestan tior alter Cappadocas rigida pingues clausisse catasta. Ne uenalium seruorum alter maiorē grē gem possideat. Catasta autem locus erat: ubi serui uenales exponebantur: a graeco uerbo ca tistao: quod expono significat: appellata. Pa pinius in siluis. Non te barbaricae uersabat tur ba catastae. Tibullus. Nota loquor regnū ipse tenet: quē saepe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Plini9 quinto & trigesimo. Ta lem in catasta uidere chrisogonum syllae. Cap padocia uero Solino auctore pontica regio est: quae leuo latere utrasq; armenias commagenē q; tangens: dextro multis asiae populis circū fusa ad tauri iuga & solis ortus attollitur. Ap/ pianus uero minoris armeniae partem: Ptolo maeus ipsam minorem armeniam esse scribūt. ¶ Iam decies redit in rugam. Iam rem decies geminaui: neq; tamen cupiditati modum ad/

hibui. ❡ Depinge ubi sistam Inuent9 Chrysip pe tui finitor aceruit. Nescius auaritiae suae fi nem imponere Chrysippum rogat: quo tandē in numero diuitiarum consistat. Chrysippus ue ro Apollonii solensis siue tarsensis filius Clean tis Zenonis q; auditor: ut refert Laertius: un decim & trecenta uolumina in logicis scripsit: ii quibus omnia ad eam artem spectātia & coacer uauit & diligenter absoluit. Ob quod ait sui acerui, hoc est dialecticoꝝ librorum cumuli fi nitorem Chrysippum repertum esse.

F I N I S

BARTHOLOMEVS. FONTI VS. FRANCISCO SAXETTO SALVTEM.

e Ecte facis Saxette charissime: qui ita diligenter studiis nostris incū bas: ut etiam minutiora quaecq; perpendas. Quod si reliqui face rent studiosi latinae linguae: nō in tantis igno rātiae tenebris uersaremur. Quaesisti ex me sa epius: ut quaedam mensurarum uocabula anno tarem. Quae sane aliquādiu ob innumeras oc cupationes a me dilata: nunc in unum collecta

plura etiam q̃ petieras ad te mitto : ut tarditas temporis / ubertate muneris compensetur . Mē sura ꝓprie ea est : quae a mēbris hominis sumpta est . Sed eius quoq; appellatione continetur / quicquid pondere / capacitate / longitudine / latitudine / animo q; finitur . Verum ea : quā ex me quaeris / plurium & inter se aequalium interuallo℞ mensura determinatur . Mensurarū autem appalationes sunt Digitus . Vncia . Palma . Sexta . Pes . Cubitum . Passus . Decēpeda . Clima . Actus . Iugerum . Stadium . Miliare . Centuria . Digitus est minima mensurarum in fra quem siquid dimetiamur / partibus respondemus : ut dimidiam tertiam quartā ue digiti partem . Digitorum porro obseruatio duplex est . Quadratus . n . dicitur & rotundus . Sed cum simpliciter appellamus / rotundum accipimus : qui quidē est sextadecima pedis pars / tribus quartisdecimis suis quadrato minor . Vncia uero digitum unum & eius tertiam partē habet . Nam duodecim unciis pes integer diffinitur . Palmam duplicem esse reperio / extensam scilicet & compressam . Extensa est quātum expansa manus a pollice ad minimum se extēdit : quae quidem est duodecim digito℞ . Compres

sa quantum digiti quattuor simul iuncti excep-
to pollice se expandunt. Verum palmam sim
pliciter nominantes, de compressa intelligim9.
Sexta digitos duodecim continet. Eandem enī
mensuram: quam extensa palma complecti-
tur. Pes uero est sexdecim digitorum. Ex pe-
de autē & semis Cubitū fit: Ex pedib9 quinq; pa
ssus: quanq̄ & spatium illud quod interambulā
dum est inter pedes, passus etiam nuncupatur-
dictus quod gressibus mutuis pedes patescunt.
Decempeda expedibus decem constat. Vndę
etiam nomē sumpsit. Sex uero decempedae cli
ma reddunt: quod quoquo uersus pedum est se
xaginta. Actus dicitur quod in eo boues ageren
tur, cum araretur uno impetu iusto: qui erat cē
tum uiginti pedum. Tris autem actus esse re
perio: minimum, quadratum & duplicatum.
Minimus quattuor pedes patet: quod spatium
in agris erat inter uicinos. Quadratus undique
centum uiginti pedib9 praefinitur. Quadratus
duplicatus iugerum praestat, dictum quod ex
duobus quadratis actibus sit iniunctum. Vel ut
Varroi & plinio placet: quod id spatium uno iu
go boum in die arari posset. Protenditur itaq;
iugerum in longum pedes ducentos & quadra-

ginta : in latum uero centum uiginti . Stadium passibus centum uigintiquinque describitur . Miliarium stadia octo hoc est passus mille complectitur . Centum iugera primo centuriam faciebant . Vnde nomen quoque sortita est : mox ex ducentis iugeribus seruato noīe expleuerunt . Neq; uero me praeterit in re militari centuriam, centum militum numerum continere : & centurionem appellari qui illis praeē : subcēturiatosq; dici milites non primae sed secundae centuriae : ubi ad insidiandum maxime locabantur . Exquo in subcenturiis quasi in insidiis quēpiam positum appellam9 . Centuriatim quoq; aduerbium, quod abundantiam copiam q; designat a centuriis : quae in comitiis ferebant suffragia deriuatur . Vnde & centuriata comitia . Caeterum mensuris ōnibus quantobreuius fieri potuit explicatis : breui quoq; ponderum uocabula enarrabo : nequid honesto studio tuo desit . Ponderum omnium minimum siliqua est : quod granum ex ea est siliqua : quam fabam graecam nuncupamus . Sex autem siliquae scrupulum faciunt : qui & obolus nuncupatur : quem nos pēsum denarium dicim9 . Est uero quarta & uigesima unciae pars . Supra obolū drachmam ponimus : quae ex scrupulis tribus constat : Sex-

tula, autē ex quattuor: sic dicta quod sexta sit pars unciae. Hanc quodam tempore uetustiores denarium appellarunt. Denarius enim tunc argenteus numus erat ponderis siliquarum quattuor & uiginti: quanquam proprie denarius decem assium pondo constet. Atque haec erat apud antiquos minima aeris signati pars. Supra sextulam semunciam legimus, dimidium unciae cōtinentem. Vncia ab uno denominatur: quod ex duodecim ea unica est pars assis. Vnciae duae sextans, quasi sexta pars assis nuncupantur. Quadrans, quarta pars, hoc est tres unciae: qui et triuncium quoque dicitur. Triens tertia pars assis. Quincunx unciae quinque. Semis dimidium assis. Septunx septem unciae. Bes unciae octo, quasi des dempto triente ex asse. Dodrās dempto quadrante nouem unciae: quē & nonuncium dicimus. Dextans, decem unciae dictus quia assi deest sextans. Deunx undecim unciae, quasi una uncia ex asse dempta. Inde as ex duodecim unciis cōstans, mna a graecis, mina a nostris interpositione litterae appellatur. Hunc & libram dicimus: cuius diminutiuum libella. A qua & deliberare: quia quid perpenditur tractum est. Libellae dimidium est sembella:

quae semis assis erat. Supra assem erat dupondius, librae duae a duobus ponderibus. Pondus enim & pondo assis pondere dicebatur. Vnde & unum pondus est assipondium appellatum. Vltra dupondium est sestertius librae duae & semis: dictus quasi semis tertius: hoc ē post duos sequens tertio loco semis. Quia enim fiebat ex duobus assibus & tertio semisse, sestertium ueteres uocauerūt. Auctores sūt Varro. Festus Victruuius & caeteri doctiores. quos ego testes rei tam notae nō adduxissem: nisi apud Lampridium in heliogabalo comperissem, sestertia centū libras triginta argenti esse. Sed parum idoneus auctor est cui credere debeamus: nisi forsan eius aeuo erant eiusmodi pondera immutata. Supra sestertium Tressis a tribus assibus dicitur. ut apud persiū tressis agaso. Octussis quoq; ac nonussis: decussisq; reperitur octo nouem ac decem asses. Decussem uero & denarium a decem assibus nominarunt. A duob9 deinde decussibus bicessis, idest uiginti asses. A tribus tricessis triginta asses. Persius & centusse utitur. ut Et centum graecos curto centusse licetur. Erant autem cētusses, centum asses qui erant breues ex aere numi. Supra centus-

sem maius aeris uocabulum non habemus. Nā ducentos/ trecentos/ quadringentos ue cum di cimus/ non magis asses q̄ denarios/ aut alios nu mos significam⁹. Infra uero/ talentū est: cuius uariae species cū pōdere/ tū materia extiterūt. Nā secūdum diuersas gētes/ diuersi quoq; pōde ris inuenitur. Verū quod celebrius est: atticū maius & minus talentū extat. Minus assibus se xaginta. Maius trib⁹ & octoginta & triente describitur: licet aliqui octoginta tātum assiū extitisse contendant. Plinius maior talentum atticum ex Varronis sententia sexdeci sestertiis taxari scribit. Cui si credimus librarū erit qua draginta. Sed haec de pondere. Materiam ua riā extitisse grauissimi attestātur auctores. Nā non solū aurū/ argentum/aes hoc pondere aesti mari comperimus: sed ferrum etiam & alumen Curtius eni candidi ferri talenta centum: & he rodotus aluminis mille talēta scribit. Haec su nt mi Saxette quae breuiter de mensuris/ pon/ deribusq; collegi. Siqua in re alia tibi usui esse possum: omne meum studium tibi paratissimū semp erit. Vale.

IMPRESSVM
FLORENTIAE APVD SANCTVM
IACOBVM DE RIPOLI ANNO
M CCCC LXXVII



